





Caja  
B-15

~~8-2 8-3 etc 6~~



# GEOGRAPHIA NUBIENSIS, ID EST, ACCU-

ratissima totius Orbis

*in septem climata divisi descriptio, continēs*

*praesertim*

exactam universae Asiae et Africae

*reumque in ijs hactenus incognitarum expli-*

*cationem.*

RECENS EX ARABICO IN LATINUM VERSA.

GABRIELE SIONITA,

*Syriacarum et Arabicarum literarum Professo-*

*re, atque interprete Regio et Joanne Hesroni-*

*ta eorumdem Regio interprete, Maxonitis.*

*Parisijs. Ex Typographia Hyceronimi Blageart, prope*  
*Collegium Rhemense. = M. DC. XIX. Cum privilegio Regis.*

*Biblo. a la Lib. de S. Anton*

*J. P. Sanchez*

*Sobrinho*

*Ms. y costo la copia 350.*

*El original se traxo de Lisboa.*



2.

# ILLUSTRISSIMO VIRO D. D. ño GUILLELMO DUVAIR

Episcopo, et Comiti Lexoviensi Regi Christi-  
anissimo à sacris Franciæ Sigillis.

**C**um nos è longinqua terrarum regione advenas, blando ut solebat  
caeteros omnes excepisset vultu, doctissimus ille, et nunquam satis lauda-  
tus Jacobus Thuanus; Pro ea qua nobiscum familiaritate plerumque  
usus est, inter varios de varijs rebus sermones hortabatur, ut Geographi-  
am Arabicam, Romæ typis Mediceis editam, Latino idiomati, quod utri-  
que nostrorum ore caderet, donaremus. Nos vixi tanti monitis, quæ manda-  
ta potius credidimus, dum additis denuo stimulis opus illud percupide ef-  
flagitare videretur, doctissimi Scaligeri, quem unice diligebat epistolis, ni-  
potius illarum rerum addiscendarum studio illectus, quas enarrantibus  
nobis, ex eo libro, cuius authorem esse Nubam deprehendimus, caetero-  
rum Geographorum diligentiam, vel cum miraculo, superare intelligebat,  
manum operi admoveere saepius conati. Illustrissimus vero Franciscus  
Savariis Dominus. de Breves, cui non pauca debemus, quique nos Ro-  
ma secum in Gallias, Legatione ad Pontificem Summum Paulum V.  
functus, iussu Henrici Magni transvexerat, quos prae manibus ex  
sua Bibliotheca Arabica Salomonis et Iovi atque adeo omnes Veteris  
Testamenti Libros ab hinc trecentum annis Arabicè descriptos, habeba-  
mus, iamque primo stylo à nobis Latine exactam extremam aut litu-  
ram, aut manum desiderabant, ad umbilicum perducendos decreverat.  
Sed dum utriusque satisfacere studebamus, neutri facere satis videbamus,  
ideoque sedula cura, huic solae Geographiae incumbentes, eam tandem  
multo cum sudore, diligentia, et vigilijs Latinam facram, typis, totius  
Reipublicae litterariae beneficio, committere suasi, nostrorum laborum  
fructus omnibus praegustandos exhibemus. Quis autem opus istud, quod

a nobis tanti ac tales Vixi ardentissimo desiderio exoptabant, non sit  
grato animo Explexus? cum illud praesertim, res ad haec usque tempora  
nobis incognitas, ac supra illud omne quod mirari solitum est mirabiles  
contineat, multa quoque naturae secreta tanta indagare ac diligentia ob-  
servata, ut nihil aut incauia omisum, aut oculis sagacibus non peru-  
stratum, relictum videatur. Maximam certe lucem, ijs omnibus qui  
longinquis peregrinationibus, aut naturae prodigijs ac thesauri dele-  
tantur, adferet, Gallis praecipue, quibus hoc ab ipsa natura tributum  
ut nihil tam arduum tamque periculosum videatur, quod non labori-  
bus superare conentur, et audeant, tanto infracti animi contra res ad-  
versas tenore, ut quoties audendi Dux auctor adfuerit, eorum virtuti utru-  
que impetum, Orientis praecipue debitum credatur. Quas enim terras  
gens ista non peragrat, quae emporia non adit, quae maria non trans-  
fractat, quas nationes non cognoscit, quam linguam ignorat, quibus labo-  
ribus impar, quae belli, quae pacis studia nescit, quid aliunde asporta-  
tum non possidet, quid denique omnium rerum in Francorum ma-  
nu, aut sub eorum imperio olim non fuit, vel eorum arma etiam nunc  
non formidat?

**D**e Europa ut nihil dicamus, quoniam illius quam longa atq;  
laxa est, ubique accolae esse videntur Galli, sive milites sive etiam stue-  
nui Duces, ac Principes, sive qui discendi cupiditate impulsus, quicquid in  
Historicis minus explanatum, aut temporum mutatione obscurum, e lo-  
corum aspectu, certiorum doctrinam appetunt, quis nescit Francos pas-  
sim in Moscovia, Ungaria, Tartaria, Sinarum regno, Moluccis insulis,  
Iava utraque reperiri, et per totam Asiam tamquam inter suos penates,  
per Africam, Americam, Indias, et quicquid terrarum remotissimum  
est, versari? Nimirum gens ista, prae caeteris nationibus bonarum arti-  
um studio decita, et ex cultis inde moribus humano consortio aptissima  
eruditorum virorum consuetudine tantopere delectatur, ut novarum ac mi-  
randarum rerum addiscendi desiderio ardentissime inflammata, ex illo-  
rum colloquio fructus uberrimos colligere, et speret et experiat. Neq;  
enim vana est expectatio, nam si quis eorum qui sic peragraverint in pa-



tuam redeat, ita caeteris praestat, ut quoties de re quapiam sermo incidit, cum sententiam rogatus dixerit, cunctos auscultandi desiderio alliciat, quod ex ejus ore proferri oracula, tanquam Delpho apportata, credantur. At ne dum caeteros ita laudamus, te vix illustrissime, praetermittere videamur, quis non intellexit, aut vidit, quo diendi impetu, ac scribendi nitore, pari gloria et emulatione, linguam Gallicam non modo actionibus publicis, sed etiam editis omnium scientiarum genere excultissimis libris ad summum eloquentiae culmen everexis; qua humanitate, quamque benigno ~~summo~~ vultu eos omnes excipias, qui de summis negotiis tecum agunt, vel etiam illos qui in aliquod vitae aut fortunarum discrimen adducti, Regiam clementiam te adstipulante sollicitant.

Tantam recte in rebus omnibus animi moderationem licet inter caeteras naturae dotes numerare possis, credimus tamen summo opere aucta quod praecipuas Graeciae urbes ac regiones didicis, et eruditissimorum virorum colloquio ac familiaritate semper usus, ipsos tanti feceris, ut si vel graves Reipublicae curae, quibus incumbis permitterent, licet te nullae lateant scientiae, semper addiscendarum novarum, aut mirabilium rerum cupiditate, cum illis optares eloquentiam tuam exercere. Nos vero quoniam hujus momenti non sumus, ut tuo ~~obituro~~ otio, à sedula te pro Rege ac Regni sollicitudine audeamus recitare, hanc Nubae Geographiam, tuo dicatq; nomini vices nostras supplices offerimus, ut quotiescumque animum oblectare libuerit, notitia regionum longin quarum, istum Authorem qui mira diligentia eas descripsit, percurrere, et ab eo quidquid volueris perquirere possis. Is enim tam facili methodo orbem totum, Asiam praesertim atque Africam descripsit, ut quod ab ipso desiderare queas nihil reliquum fecerit. Praecipue vero ubi de Arabijs inquirit, nullas urbes, oppidula, castella, montes, flumina, fontes, puteos, hortos, diversoria, plantas innominata relinquit, ut vel saxis ipsis vocabulum dedisse deprehendatur. Insuper de incolarum moribus, vivendi ratione, utriusque temporis studiis, aut exercitiis, deque commercio ac lucris, deque auxi, argenti, metallorum, gemmarum lapidumque fodinis tali etiam diligentia scripsit, ut caeteris ad sua usque tempora scriptoribus palmam praecipuisse credatur.

Mirabamur quidem inter meditandum utriusque linguae com-

mutationem quo tempore res à se descriptas Nuba nos rex condiderat, quotque nu-  
bes, aut aliorum nugas perspicacis ingenij sui radijs fugerat; Sed vix ac ne  
vix quidem Lachaymas compressimus, ubi ad eas peruenimus regiones, Terram  
Sandram ac Syriam, quas olim sceptro Gallico moderatas, Darnietam ad  
Ludovico obsessam, et captam novexamus, tamque rebus omnibus abundan-  
tes provincias, repetitis votis **LUDOVICO XIII.** iterum pacere optabamus.  
Hoc si praepotenti Numini ita videretur, incolas ipsos efflagitare, Maroni-  
tas exoptare, Christianos miseros exoptulare testes fuimus, ac nisi nostra scele-  
ra obliuiscerentur, gloriam illam immortalem huiusce nominis Regi Franco-  
rum debitam, pro ea qua exopta sacram ipsius Majestatem affecti sumus  
mente, augurabamur. Tu igitur, **Vix Illustrissime**, hoc munusculum  
grato accipias animo, nostri exopta te perpetui obsequij argumentum, la-  
borumque istum, licet maximus fuerit, minimum esse putes, si cum illo  
quem libenter tuo iussu subiremus appendere luberet, Nosque interima  
dum majora audemus, fovere pergas, quibus favere non spernatus.

Vale. **Lutetiae Parisiorum.**

Anno salutis humanae **M. DC. XIX.**

Obsequentissimi ad omnia **Gabriel Sionita**  
Syriacarum, et Arabicarum literarum Regius  
Professor et Interpres, &

**Ioannes Hesronita**, eorumdem Regius In-  
terpres, Maronitae.

Ad Lecto-

M



# Ad Lectorem.

Excusationes hujusce, candido Lectori, pondus non leve, cum gravium Virorum in nos auctoritas, tum maxime nostrum in Republicae literariae commoda studium, suscipere nos impulere; Nam licet Opus hoc tam scribae inscitia quam topographi incuria mendis conspersum plurimis multis ante deprehendissemus, ac proinde fore ut magnum nobis fuisset negotium praevidissemus: ut ne tamen Amicorum suggestionibus, ac bono publico deesse videremur, labori nos accingimus, et Geographiam istam varijs iisque novis atque praestantissimis exuditionibus repositam ex arcanis Arabicae linguae involucribus in lucem explicare proposuimus. Nefas enim esse duximus ferre Scriptorum hunc Arabem tan luculentum, tam eruditum, et ut Casauboni verbis utamur, sane optimum ac dignum qui in vulgus nosceretur, tot saeculis ignotum manere. Scriptorum, inquam, cuius laudem eximiam vel inde colligere liceat, quod apud eruditissimos, nec unquam satis celebrandos Cardinalem Perronium, Jacobum Thuanum, Scaligerum, Casaubonum, felicitis memoriae viros, et Thomam Expenium in Academia Leidensi Arabicae linguae Professorem dignissimum sit, fueritque semper commendatissimus. Quis enim horum auctoritate praefati dignitatem maxima cum utilitate coniunctam aut ore pleno saepius non praedicavit, aut scriptis testatam non reliquit? Praeterea videbatur nobis iniquum non commune facere emolumentum certissimum, quod et Viri literatos ex ejusdem Auctoritatis plenissima circa regiones orientales narratione, et Arabicae linguae Studiosos ex ejus elegantissimo sermone Arabico percepturos esse noscebamus.

Igitur haec orbis descriptio, quam Arabs iste veterum more Geographorum in Climata septem divisit continet praecipue exactam totius Asiae Africaeque Regionum scilicet Europae hucusque non satis cognitarum explicationem. Verum de partibus Europae utpote Arabi ignotis (Hispaniam si demas, quam ipse, quoniam perlustraverat, ut innuit pag. 148. non minore quam modernus quisque praestare queat diligentia describit) brevem idem auctor tractatum contexit. In distantijs locorum assignandis quandoque maius, quandoque minus iusto spatium praefigit; sed nil mirum cum et alios Geographos longinquos atque peregrinos de regionibus agentes eandem culpam commisisse videa-

mus. Imò in multis temporibus potius rerum edari, quam Authoris vitio tale ex-  
tribuendum est; tempus enim, ut affirmat Plinius, magnos errores compen-  
tatione mensurae saepius patit, alibi mutato Provinciarum modo, alibi itine-  
rum autris, et diminutis passibus: incubere mania tam longo aere; alibi  
proferere <sup>litora</sup>: toxere se et fluminum aut coarctare flexus. Et cum ex  
in Authore deformitatem, sua culpa vel temporum incuria exortam, cum vi-  
deremus: et nomina locorum propria interdum penitus corrupta, alibi pu-  
eris lectioni necessarijs omnino destituta aliisque id genus vitia scribae prius  
dein typographi negligentia prolapsa perciperemus, aliquot ex praedictis nomi-  
nibus proprijs caractere arabico exprimere maluimus, ne in re dubia te-  
merariam ferremus sententiam. Restituimus, benevole Lector quae potuimus,  
et labore diuturniore plura quidem restaurassemus: at quae Theologica-  
rum rerum studia, quibus maxime operam navamus ab ijs nos avocant.  
Tuum est in eorum cognitione, quae ob allatas difficultates nos effugerunt,  
acquirenda ingenij acumen exercere. Centè quod ad Orientales plagas attinet,  
nomina nisi fallimur omnia regionum in ijs contentarum Divini rumi-  
atque aliorum librorum arabicorum admiriculo satis foeliter enucleavi-  
mus. Regionum autem Europaearum appellationes non ita sedulo curavimus  
quippe quarum noticiam facilius aliunde consequi valeas.

Illud autem non te effugiat, nempe Geographum istum in  
distantijs locorum exprimendis, uti varijs mensurae generibus, ac praeser-  
tim duobus, Statione scilicet et Cursu (reliqua enim sunt se ipsis nota). Hoc  
qui cursum navis diurnum, seu navigationem diei, hoc est spatium centum  
millium passuum explet, maritimum iter metitur: illa, nempe statione, ter-  
restrem partitur viam. Quoniam tamen stationis vocabulum mensuram  
certam nequaquam denotat, sed domicilia quaedam in quae propter habita-  
tionem infrequentiam viatori necessario directendum: inde fit ut stationum  
quae aliter diatae vocari possent, aliae alijs longiores sint, aliae breviores.  
Et vero quae iustae sunt, XXV. mil. passuum, quae grandes pluribus, pauci-  
oribus quae leves terminantur.

Cautum praeterea te volumus, Lector humane, caere Stra-  
bes voce Peninsula: quo circa ne Texas inique si quando nomen insulae (quod

tamen raro eventuum exponens) peninsulis aptatum repereris.

Atque his de operis hujusce conditione breviter dictis consentaneum est, ut de ipsius Authoris aetate, religione, patria paucis etiam disseramus. Is ergo Geographus cujus nomen Originalis imperfectio nobis obscurum reddidit, sed alia fonte exemplaria cum scilicet numerus Philaxabum subcreverit, postea in lucem prodent scripsit Geographiam istam ante annos circiter quadringentos septuaginta. Nam Rogerius, quo in Sicilia regnante, disertis ait verbis Geographus hic Arabs parte ij. climatis iv. suum se librum condidisse, obiit ante anno 468. hoc est anno Dom. 1151. Intelligi autem debere Rogerium Primum utriusque Siciliae Regem, non Rogerium Secundum Tancredi filium, ut vult Casaubonus, aperte patet ex eodem Authore Arabe, qui ii. parte climatis iii. declarat eum esse Rogerium qui Tripolim Barbarorum, et insulam Caronam expugnavit; Scriptum vero legimus apud Cronios Tripolim insulam Melitam, aliasque regiones à Rogelio Primo victas et captas. Deinde cum Civitas Jerusalem capta sit à Christianis anno Dom. 1099. et custodita usque ad annum 1187. quo Salaadinus eam denuo sub Mostemanorum potestate redegit; cumque Geographus noster v. Parte climatis iii. aserat editum à se hoc opus quo tempore Jerusalem erat sub ditione Christianorum, qui fieri potest ut intelligat Rogerium II. quem scimus adolescentem obiisse, et quidem Tancredo Patre vivente obiisse anno Dom. 1194? Itaque pro certa temporum convenientia dicendum est Geographiam hanc scriptam fuisse sub Rogelio Primo, atque ita ante annos circiter quadringentos septuaginta.

Quod autem ad ejus religionem attinet etsi Casaubonus in notis, quas habuit in Epistolam B. Gregor. Nysseni ad Eustachiam, putavit eum fuisse professione Mahamedanum; pace tamen tanti viri videtur potius fuisse Christianus, ut satis declarant per multa ejus operis loca, in quibus Christum Redemptorem vocat Dominum et Beatiss. Virginem appellat Dominam Mariam ejus genitricem, ut v. parte climatis iij. ubi sic *وان كان بها الانبياء مصرور وان* واما دار بها الانبياء مصرور وان. Hoc est. Eam vero (nempe testudinem Templi Jerusalemiani) ornant undique per gyrum Picturae Prophetarum, Domini Christi, ac Dominae Mariae Matris ejus. Imò ibidem post multa loquens de agno Perexonorum sepulturae dicato Christum Servatorem

vocat absolute Dominum his verbis *وهي ارض الله* لذلك *Id est: Est*  
que (videlicet apex ille) terra quam Dominus emit ad id, ut ~~scilicet~~ in  
ea Peregrini humanentur. Quas loquendi formulas nunquam meminimus  
<sup>legere</sup> ~~invenisse~~ in libris Mahomedanorum qui titulum dominationis nulli creature  
praeterquam Mahomedi tribuunt, et nihilominus eum nusquam vocant absolu-  
te Dominum. At cum de Christo Domino mentionem faciunt, dicunt ~~الله~~  
*الله* ~~الله~~ *الله* *Id est Isa sive JESUS cui pax.* Verum quoniam author  
nostre librum non modo Christianis sed etiam Turcis communem esse cu-  
prebat, professionem suam ex industria noluit aperire; Unde varijs in locis  
cum Sancti alicujus meminit, non utitur voce Arabica, sed Italica (non e-  
nim erat linguae Italicae ignarus, ut ex multis conjicimus) literis Arabicis  
expressa, ut sensus illius Arabes lateat. Ita V. parte, climatis tertij  
*وهي الوادي السموي الا ودي* ~~الله~~ *الله* ~~الله~~ *الله*  
Et ad amnem qui vocatur Iordanis ecclesia magna creditur nominari  
Sant id est sancti, Ioannis Sacra. Idemque alibi saepius.

Denique praedicti vni patriam conicere nequimus aliunde, nisi ex in-  
itio IV. partis climatis I. ubi de Nili Nigrique fluviorum ortu differens habet  
haec verba *الله* ~~الله~~ *الله* ~~الله~~ *الله* *Id est, Nilus Aegypti qui sciat patriam*  
nostram; ex quo loco, ut ad rem nostram facit, sane sub ambiguo Casaubonus  
opinatur Aegyptium fuisse hunc Arabem, nos tamen praefatis verbis pri-  
mum diligentius ponderatis ex ijs deprehendimus aliquam indicari ab a-  
uthore differentiam inter Aegyptum ac terram quam suam esse dicit; deinde  
topographia Nubiae, quam Geographus idem ultra lineam aequinoctialem  
protendi, et ejusdem Aegyptiaci Nili aquis priusquam Aegyptum ipsam irri-  
gari docet, attente considerata, haud dubitante affirmamus fuisse illum  
patriam Nubiensem. Approbavit facile nostram hanc opinionem hinc audi-  
tis et nobiscum una examinatis rationibus Experius supra memoratus,  
cujus prudentia atque exuditio, ut pondus non exiguum apud nos habet, ita  
multum auctoritatis ex ejus sententia nostram habere volumus. Atque id  
causae fuit, studiose Lector, cum Geographiam istam inscripserimus Nubiensem.  
Tu interim quoquo modo se res habeat, Athonis hujus Arabis opus sane  
perutile ne aspernare, nostroque labore diu fuisse. Vale.



1-  
2-  
3-  
4-  
5-  
6-  
7-  
8-  
9-  
10-  
11-  
12-  
13-  
14-  
15-  
16-  
17-  
18-  
19-  
20-  
21-  
22-  
23-  
24-  
25-  
26-  
27-  
28-  
29-  
30-  
31-  
32-  
33-  
34-  
35-  
36-  
37-  
38-  
39-  
40-  
41-  
42-  
43-  
44-  
45-  
46-  
47-  
48-  
49-  
50-  
51-  
52-  
53-  
54-  
55-  
56-  
57-  
58-  
59-  
60-  
61-  
62-  
63-  
64-  
65-  
66-  
67-  
68-  
69-  
70-  
71-  
72-  
73-  
74-  
75-  
76-  
77-  
78-  
79-  
80-  
81-  
82-  
83-  
84-  
85-  
86-  
87-  
88-  
89-  
90-  
91-  
92-  
93-  
94-  
95-  
96-  
97-  
98-  
99-  
100-



# LIBER RELAXATIONIS ANI- MI CURIOSI,

In quo describuntur Plagae, Terminum, Provinciae,  
Insulae, Urbes Regionesque.

In nomine Dei misericordis, misericordis, in quo auxilium.

**L**aus Deo D<sup>no</sup> creaturarum.

Legenti mihi librum, qui Curiosi animi relaxatio inscribitur, et  
ejus sensum mentemque consideranti occurrit valde methodus ipsius. Sed  
quoniam in illo multa sunt superflua saepeque repetita: et in Climatū  
descriptione nonnulla omittuntur, alia pro libito adiunguntur: idcirco se-  
legi ex eius sermone quae ad rem videbantur, quaeque ad Portus et Regiones  
agnoscendas necessaria iudicavi. Quapropter potentissimi, ac Summi Dei,  
quem unum et solum esse fateor, qui sufficientissimus, atque optimus Pro-  
tector est, auxilium exposco.

**P**rologus in figuram terrae, qua vocatur Geographia.

Dicimus liquere ex opinionibus ex auditorum virorum, et optimorum  
Philosophorum antiquorum terram esse rotundam globi instar, et aquam  
esse illi contiguam, ei que inhaerentem; aquam vero aëre undequaque ambi-  
ri: et ab aëre seivendum esse aliquid contiguum caelo Lunae, ob motum et  
quietem sese contingentium: illud autem est ignis ambiens aërem, cuius  
crassities pedentium fit minor usque ad utrumque polum ob tarditatem  
motus partium utriusque adjacentium. Et quidem tam terra quam a-  
qua, aëx, et ignis sunt in concavo caeli Lunae: et creaturae omnes su-  
perficiem terrae occupant: et aëx attrahit quod in eorum corporibus  
leve est, terraque similiter quod in eorundem creaturarum corpori-  
bus grave est attrahit veluti magnes, qui ferrum ad se trahit.

Terra autem dividitur duas in partes linea Aequinocia-  
li, ab Oriente ad Occidentem: atque haec linea est longitudo terrae, est

que maxima **linearum** omnium quae sunt in Sphaera: quemadmodum Zodiacus in caelo est linea omnium maxima. Et circumferentia caeli in loco ubi est linea Aequinoctialis est trecentorum sexaginta graduum; gradus autem est viginti quinque leucarum: leuca vero duodecim millium cubitorum; cubitus autem viginti quatuor digitorum: digitus autem sex granorum hordei compositorum seseque in ventre tangentium. Itaque circuitus terrae est centum millium millium, et triginta duorum millium millium cubitorum, leucarum vero undecim millium iuxta supputationem Indorum. Hermetes tamen mensuravit ambitum terrae, cuiuslibet partem constituit centum miliaria, ita ut secundum ipsius sententiam, terra ambitus sit viginti sex millium miliarium leucarum autem duodecim millium. Praeterea inter lineam Aequinoctialem et quemlibet e Polaris intercedit spatium nonaginta graduum. Ambitus quoque eiusdem, quoad latitudinem partem est mensurae. Verumtamen citra lineam Aequinoctialem non sunt habitationes in terra, nisi usque ad sexagesimum quartum gradum: reliquum terrae est peritus desertum, nulla que in eo reperitur habitatio propter vehementiam algoris et gelu: sed creaturae omnes sunt in septentrionali terrae parte; nam et plaga quoque meridionalis, nempe illa quae est supra lineam Aequinoctialem est deserta atque inhabitata praeter summo aestu et transitu solis, prope illam dum est in imo caelo suo, unde fit, ut aquae plagae huius exsiccetur, nullaque ibi habeantur animalia, neque gemina ob humiditatis penuriam: non enim esse possunt animalia et gemina nisi ubi fuerit aquae et humores. Terra praeterea est per se sphaerica, verum non habet perfectam rotunditatem: quia sunt in illa declivitates, suntque acclivitates, et aqua fluit in ipsa ab acclivi ad declivem.

Maxe (a) ambiens ambit mediam partem terrae ambitu continenti quasi zona, adeo ut media tantum pars terrae appareat, ac si esset, verbi causa, obum immeasum in aquam exatere contentam; nam eodem modo dimidia pars terrae est obruta mari; mare vero ambitur aëre, et aërem expellit illam, aut attrahit, uti praediximus.

Hanc autem plagam terrae habitatam diviserunt sapientes in climata septem, quorum unumquodque procedit occidentem ad orientem iuxta lineam Aequinoctialem. Non sunt tamen ista Climata lineae reales, sed

7  
sed intellectuales astrologica scientia excogitatae. Et in singulis Climatibus re-  
periuntur plures urbes, arces, pagi, atque populi inter se dissimiles: et in quolibet  
climate sunt montes excelsi, et planities amplae, fontes, fluvijque currentes,  
et stagna consistentia, fodinae, geminae, et animalia diversa, quae fere omnia  
divino auxilio, atque robore inferius memorabimus. Distinguntur praedic-  
ta septem Climate maximis septem, quae sinus appellantur, quorum sex sunt  
continua, unum disjunctum, quod nulli parti praedictorum maximum iungitur.

(b). Unum ex his maximis, quae alunt terram habitataam, est mare Sin  
et Indiae, et Sindae, et (c) Iaman; incipit autem à parti orientali tredecim  
gradibus supra lineam aequinoctialem, cum qua porrigitur ad occiden-  
tem. Atque in primis aluit Sin, deinde Indiam, tum Sindam, postremo  
Iaman ex parte ipsius meridionali, devenitque usque ad (d) Bab, Almandab,  
ibique terminatur ejus longitudo. Tota autem longitudo ipsius secundum  
hoc spatium (uti accepimus à peritis viatoribus, et à nautis illud fulcantibus  
et ab ijs, qui bella faciunt ab una regione in aliam ex mari Rubro ad Va-  
cuac) est quatuor millium quingentarum leucarum. Sunt in hoc mari in-  
sulae tan inhabitatae, quam desertae trecentae civitates; et infra mentio-  
nem faciemus earum, quarum noticiam habere potuimus, quasque veritas  
Historiarum confirmat.

Ab hoc mari Sin derivatur mare Vixide, estque Sinus Persis  
et Obolae, progrediturque à meridie ad Aquilonem, declinat tamen paulif-  
per ad occidentem, tenditque ad latus occidentale Sindae, et Mecran, et (e)  
Kerman, et Persiae, pervenitque usque ad Okolam prope Abadam, ibique  
terminatur; inde reflectuntur aquae ejus ad meridiem, transitque per  
regiones (f) Albahrain, et terram Jannamae, extenditurque ad Omam, et  
terram Segea de regionibus Jaman, atque illic iungitur mari Sin. Lon-  
gitudo vero maris hujusce est quadringentarum quadraginta leucarum: et  
in ipso sunt duo montes Obair, et Kosair. Profunditas ejus est à septuagin-  
ta ulnis ad octoginta. Suntque in illo insulae tan habitatae, quam desertae,  
novem, de quibus infra, Deo favente, mentionem faciemus. Ab hoc etiã  
mari Sin derivatur mare Rubrum, habetque principium suum à Bab-  
Almandab, ubi videlicet terminatur mare Indicum, progrediturque per  
plagam septentrionalem, aliquanto cum flexu ad occidentem: attingit e-

(b) Est hoc mare quod dicitur Indicum et Arabicum ex quo emergit sinus Persicus. (c) Iaman est Arabia Felix. (d) i. e. Osium lucus hodie Bab-elmädel. (e) Kanamania (f) Duorum marium.

(b) Arabis  
e Mare Ru-  
brum  
vocatux  
Arabice  
Aluam  
(d) Anum  
Regis

enim latus Occidentale Iaman, transique per regiones Fehame, et (b) Magiaz usque  
ad Madiam, Ailan, et Tazan, donec perveniat ad Urbem (c) Calzem a qua sumit de-  
nominationem. Tum revertitur eius aqua ad Meridiem, tenduntque ad latus Orien-  
tale regionis Sayd, ad (d) Trun-abmalec: inde pergit ad Aishab, ad Insulam SavaKens ad  
regionem Zaleph provincie Bariat, pervenitque ad Antiochiam, iungiturque mari  
Indico. Longitudo eius maris est mille quadringentorum milliarium, et maior pars  
profundi huius maris est vadosa, naufragium navibus inferens: quare nemo illud  
audet sulcare, proter peritissimas nauas, qui vada eius optime noxunt, et vras at-  
que canales bene callent. Suntque in isto mari quindecim Insule, de quibus sedulo  
infra suo loco, Deo iuvante.

Secundum mare magnum, quod speciali nomine vocatur mare  
Damascenum, trahit originem suam a mari Tenebroso, quod est ad plagam Occiden-  
talem, habetque initium suum in Climate quarto, et ibi appellatur Mare vici,  
quoniam ibi latitudo eius est decem et octo milliarium. Tendit autem Orientem ver-  
sus, ad regiones Barbarorum, et partem Aquilonarem maris remotissimi, donec ve-  
niat ad Occidentem medium, Africęque terram pertingat, usque ad flumen Axem, ad  
terram Bancę, Lucię, et ~~terram~~ deserti Marachiz, ad terram Alexandrię, ad partem  
Aquilonarem terrę Deserti, et terrę Palestinz, et totius Syrię, donec perveniat eptre-

(e) Nigro est  
Solaimum

mitas ei ad (e) Sidiam, ubi terminatur. Inde reflectitur ad Occidentem, pergit que  
ad duo maria nempe Constantinopolitanum, ad Insulam Peloponnesi, ad (a) Otranti-  
um (ibique habet originem suam mare Venetorum) et ad maria Sicilię, ad Regionem  
Romę, ad terram Samozę, et Naxbonę, transique prope montes Pyreneos, et tendit  
ad partem Orientalem Andaluzię, ad mediam scilicet ipsius partem, que respicit  
Auzurum, et terminatur ad Insulas, unde principium sumpserat. Longitudo hu-  
ius maris Damasceni ab initio ipsius usque ad terminos, est mille centum tri-  
ginta sex leucarum; continetur autem in illo in parte sexcentum, numeran-  
do tam parvas, quam magnas, tam cultas, quam incultas, quas suo  
loco referemus, Deo iuvante.

(a) Plinio  
Hydruntis

(b) Gades

Ab hoc mari Damasceno excediuntur duo sinus;  
Vnus Venetorum, qui incipit ab orientali latere Calabriae et terra Ro-  
manorum prope urbem Otranti, tenditque ad septentrionem cum aliquan-  
tulo flexu ad Occidentem, et transit per terram Bari ad maximam S.  
Angeli: tum procedens in Occidentem attingit regionem Anconę quorundam  
e

perueniat ad oras maximas Venetorum; et terminantur fines eius ad Aquile-  
iam: indeque reuertuntur litora eius orientem versus ad regiones Croatiae,  
et Dalmatiae, et Macedoniae, donec iungatur mari Damasceno, unde ceperat.  
Longitudo huius maris ab initio ad extremum est mille ac centum millia-  
riorum; continetque insulas quindecim, quarum septem sunt habitatae, reliquae  
desertae ut suo loco dicetur.

Alteum mare, quod exceditur e mari Damasceno, appella-  
tur Pontus, incipitque ab ea maris Damasceni parte, in qua est ostium Arax,  
quo in loco latitudo faucium ipsius est quantum eji potest sagitta: transiitque  
per Arban, et attingit Constantinopolim, prope quam latitudo ipsius est quatuor  
millium passuum: eodemque modo procedens spatio septaginta milliariorum, per-  
uenit ad mare Pontum, ibique latitudo oris illius est sex millium passuum.  
Hoc mare Pontus procedens in partem orientalem attingit ex latere me-  
ridionali terram Hexachiae, et protenditur usque ad terram Astropolis,  
ad litora Tropezondiae ad terram Ascalae, ad terram Laniae: et illic termi-  
nantur extremitates huius maris, eo in loco, ubi sunt Chozaxi. Unde vertitur  
littus eius ad Metreham, iungiturque regionibus Rufiae et regionibus Be-  
gian, et ostio fluminis Daiahras, extenditurque ad ostium fluminis Danubij,  
donec perueniat ad angustum os maris Constantinopolitani; et Constantipo-  
polim alluens tendit ad regiones Macedoniae ab oriente, donec redeat ad lo-  
cum, unde ceperat. Longitudo autem Ponti ab angustis faucibus usque ad  
eum locum ubi definit, est mille trecentorum milliarium. Suntque in illo  
sex insulae, quarum glorioso Deo iubante, suo loco meminimus.

Mare autem Giongiam et Dailem est ab omnibus praedictis mari-  
bus omnino separatum et ingrediuntur in illud amnes per multi fontes  
que continuo manantes. Iungitur huic mari ex parte occidentali regio Ad-  
hexbigian et Dailem: ex parte vero meridionali regio Tabaxestan: ex parte  
orientali terra Azzax: ex parte septentrionali terra Chozax. Longitudo e-  
ius ex parte Chozax usque ad (a) Ain-Alamm est mille milliarium; la-  
titudo vero ipsius a latere Giongiam usque ad ostium Ethel, sexcentorum  
quinquaginta. Sunt que in ipso quatuor insulae, de quibus infra. Ad sin-  
gula autem ex praedictis maribus iacent variae regiones atque popu-  
li, quos postea singulatim referemus, favente Deo gloriosissimo. In his

(a) i. Fon-  
tem mero-  
tis.

etiam maxibus reperiantur pisces et animantia diversarum specierum, ali-  
aque mina, de quibus suo loco, gloriosissimo Deo auxiliante praestante.

## De climatibus. Prima pars climatis I.

Incipit Clima istud ex parte occidentis à maxi occidentali quod appellat  
maxe tenebrarum, estque illud, ultraquod quid sit ignoratur. Suntque i-  
bi in ipso duae insulae Perannes vocatae, à quibus cepit Ptolomaeus su-  
mere longitudinem et latitudinem. Memorant autem in qualibet ex dic-  
tis insulis centi statuam lapideam constructam et unamquamque sta-  
tuam esse longitudinis centum cubitorum; et super quamlibet statuam  
haberi simulacrum Aeneum retro manu innuens. Haec statuae sunt 6.  
et una illarum uti fertur est idolum Cades, quae est ad occidentalem par-  
tem Andalucae, et nemo novit ~~ulla~~ ullam esse habitationem ultra illas.

Estant in hac proposita climatis parte urbes Ulib, et Sala, Tocum  
Dau, Bexisa, et Muxa. Omnesque hae regiones sunt de terra Mezaruae

(a) Nigronum: insula vero (a) Ulib in mari sita est non longe à litore: et in  
est haec ipsa est celebris illa salina, praeterquam nulla alia, quod sciatur extat  
insula fontassis illarum unaquaeque olimbes-  
perides, dicunt, nunc in-  
sulae ca-  
pitis vixi  
dis, dista-  
tes 150. leu-  
is fere ab-  
ostio Nigri  
fluvij qui  
haec est Ni-  
lus.  
salina in tota Nigronum regione, sed ex ipsa disperisatur sal in om-  
nes illas regiones eorum. Nam Tymbae ad hanc insulam venientes sa-  
le sese onerant, indeque vela faciunt ad ostium Nili quod distat à pro-  
dicta insula navigatione unius diei: per Nilum deinde perlustrant Salta,  
Tocum, Bexisa, Hana, reliquasque regiones Vancax et Caucae, universam  
que regionem Nigronum, qui ut plerimum non nisi ad ipsummet Nilum,  
aut ad Flumen influens in Nilum degunt; reliqua terrae spacia Nilo u-  
trunque adiacentia sunt solitudines desertae et peritus incultae in quibus in-  
veniuntur quidem Aquationes: sed non reperitur in illis aqua nisi ad duos dies  
ad quatuor, quinque, sex, atque duodecim; cuiusmodi est aditus Beneser quae est  
in itinere quod ducit à Segelmassa ad Shana, ubi ad duos quatuordecim nulla re-  
peritur aqua. Quapropter (b) commercibus ad hos aditus transeundos, aquam secum  
deferunt in vasis, quae imponunt humeris camelorum; atque huic aditui multi  
sunt alij similes in Nigronum regionibus, quarum terra, ut plerimum, est arena, quae  
quia ventis agitatur, et huc atque illuc fertur, efficit ut nihil aquae inveniri possit.

Eodem istis regionibus maximo sunt quae obnoxiae, et idcirco incolae hujus primi cli-

climatis et secundi et aliquaxum partium tertij climatis prae vehementia caloris et solis ardore sunt nigri coloris et comae crispae; contra id quod accidit incolis sexti et septimi climatis. Ab insula Ulil ad urbem Sella sunt sexdecim stationes: Est autem ea urbs sita ad ripam Nili septentrionalem, est que urbs populosa, et ad ipsam conflunt Nixi; abundat optimis menibus, ejusque cives sunt fortes ac magnanimi; est autem sub ditione Regis Toxux, qui est rex potens, multos habens sexvos ac milites, necnon fortitudinem atque potentiam et justitiam non ignotam, regionem tutam, nullis timoribus subiectam; locus autem sedis ejus et Regio, in qua ipse moratur est urbs Toxux, quae ad australem Nilum partem sita est, et distat à Salla biduo, tan per Nilum quam itinere terrestri. Urbs ista Toxux est maior urbe Salla, et menibus affluentior: et remotiores occidentis incolae deferunt ad eam conchilia, et ovis, extrahuntque ex ipsa auxum et tibianum armillas. Cibus autem habitatorum Sale et Toxux est (a) dhona et pisces atque lactuina: pleraque ipsorum armilla sunt camelli et caprae; vestibus plebeorum est ex vellere et capita sua tegunt pileis laneis; vestibus vero nobilium indumenta gossipina cum palio. A praedictis urbibus Salla et Toxux ad Segelmassa est iter quadraginta dierum secundum incessum canabanna. Propinqua huic locus ex regionibus (b) Lemtunae solitudinis est Azca, distant autem ab invicem spacio 25. stationum et viatores deferunt seum aquam ad duas, quatuor, quinque, et sex dies. Eodem modo ab insula Ulil ad urbem Segelmassa sunt 40. sexu stationes incessu canabanna. Ab urbe Toxux ad urbem Berissa Nilo adiacentem ab oriente est intervallum 12. stationum. Urbs Berissa est parva, nec muris cincta, sed velut oppidum populosum: cives tamen ipsius sunt mercatores quoque orosum proficiscentes, suntque subditi Domino Toxux. Ex parte australi urbis Berissae iacet terra Lamlem, distatque ab invicem spacio 10. sexu dierum. Incolae Berissae, Salla, Toxux et Ganca invadunt regiones Lamlem et captivos ducentes ejus habitatores, sumuntque patriam rapientes, divendunt illos mercatoribus illac praetereuntibus: et mercatores deinde ducunt eos in partes universas.

(a) Senus millij ordinatio majoris.

(b) Lemtung.

xum una vocatur Malel altera Sau, et distant ab invicem itinere quatuor dierum.  
Caxum incolæ (utiferaunt Pentes illarum partium) sunt Iudei, et etiam quidam  
plerique infidelitatis atque ignorantiz tenebris suffulti. Cum habitatorum omnium  
Regionis Samlem pervenit quis ad usum rationis nova innoxiter vultu ac tem-  
poribus eius: habent enim hoc sibi in signum. Regiones omnes atque unicearum  
Dominium ipsorum est seuus fumen, quoddam in ~~istis~~ Nilum influens. Intra re-  
gam Samlem ad meridionem habitationem reperiri ullam ignoratur. Iungitur aut-  
tem terra Samlem ex parte occidentali cum terra Meccanæ; ex orientali cum  
terra Quancanæ; ex Aquilonari, cum terra **Phang**; ex meridionali, cum terra  
Saxa, et populi illius utuntur lingua diversa ab idiomatibus gentium Meccanæ et  
<sup>+</sup>Phang. Inter <sup>+</sup>Perissam superius memoratam, et Phanam ad orientem, est iter duodecim  
dierum. iacetque illa in media via, que ducit ad Urbem Salla, et Tocua. Similiter  
ab Urbe Perissa ad Audophes habetur intervalum duodecim dierum: Est autem  
Audophes **Q** septentrionale latus **Perissæ**.

In partibus Nigroorum nullae texnuntur fruges recentes, præter  
Dactilos, qui agente Vaxetan solitudinis eò deferuntur è regionibus Segelmas-  
sæ, aut regionibus Lab. Terram istam Nilus alluit ab oriente ad occidentem,  
ibique ad ripas ipsius nascuntur arundines Indice, arbores ebeni, atque buxi,  
salicum, et tamaxifi, arborumque similiarum sylvae latissime in quibus cubant  
et habitant armenta eorum et ad quorum umbras ipsi recipiunt sese in  
ardenti calore, estque vehementiore. In his sylvis reperiuntur leones camelo-  
pardales, cervi, (a) debuth, lepores (b) mustela alve, atque histrices. In Nilo quo-  
que sunt varia piscium tam parva quam magnæ molis genera, quibus ves-  
cuntur plerique Nigroorum; captos enim pisces, qui quidem pinguedine, ac  
magnitudine admodum præstant sale condunt ac reponunt. Maxima molula-  
rum istarum regionum sunt arcus et sagittæ, in quibus existit præcipue  
impetus illorum; utuntur etiam clavis, quas peculiari sciencia et mino ar-  
tificio conficiunt ex ebeno; arcus vero et sagittas, necnon arcuum ~~et~~ fundas  
conficiunt ex arundinibus Sianac. Fluvius ejusdem gentis edificia sunt ex  
luto, et trabibus latis, longè enim raris apud ipsos inveniuntur. Eorum

(a) Vide Leonem Asiæ. lib. 9. pag. 382. text. debuth. Debuth est bellua nocturna cadaverum  
que etiam exhumat avida.

(b) Species animalis è cuius pelle conficiunt præciosissimi atque pulcherrimi ~~et~~ athenores.



Corum ornatus est auicalam, oxana, et muremulae vitreae, atque (C) onyces ficti. Praedicta quaeque ad mores, cibum, potum, vestitum, et ornatum pertinentia sunt in usu apud praecipuam Nigroxum partem in tota ipsorum terra, cum eorum regio magno calore atque aestu ferueat. Si tamen qui degunt in urbibus ferunt capras, cucurbitas, et pepones, quae minam in magnitudinem cresunt apud illos. Non tanta est apud eosdem fauimenti neque leguminum copia, quanta dhoxa e qua vinum eliciunt ad bibendum. Preciosiores laucioresque carnes, quibus resuntur sunt pisces et carnes camelorum sicca.

## U Secunda pars Climatis primi.

Urbes quae in hac secunda primi climatis parte continentur sunt Malel, et Ghana, Tixca, Maxava, Sacmana, Ghana, Reghebil, et Semegda. Ab urbe Malel ad magnam urbem Ghana sunt duodecim circiter stationes, per loca arenosa, et planities aridas. Ghana autem sunt duae urbes ad duo litora maris dulcis appositae, estque inter omnes Nigroxum regiones maxima, populosissima, et menibus opulentissima; et ad ipsam confuerunt sese mercatorum diuites non modo ex omnibus locis finitimi, verum etiam ex omnibus partibus occidentis ulterioris. Cuius Incolae sunt Morlemanni et Aeo ipsius (uti fertur) originem ducit ~~Ab~~ Saleh filio Abdalla filij Hasan, filij Horaim, filij Ali filij (a) Ubbi. Saleb: quae Rex absolutus, quibus obedientiam praestet Imperatori Morlemannorum Abbago. habet autem Palatium ad ripam Nili fontijne munimenta quoque structurae; Edes varijs Cellaribus, pueris atque fenestris vitreis ornatas, fuit vero edificatum praedictum Palatium anno ab hegira quingentesimo decimo. Cuius Regnum atque dominium confine est terra Vancaae superius memoratae, auri fodinarum copia, et prospera celeberrime. Quare ex certa relatione hominum occidentis remotioris ~~per~~ exploratum habetur esse in dicti Regis Cedibus laterem ex auro integrum, non factum, neque vltis e laboratum instrumentis sed diuina tantum opera perfectum creatum, ponderis tringenta librarum: qui tamen perforatus fuit et regio throno adaptatus in sedile. Et quidem res est singularissima nulli alij praeterquam illi concessa, qua ipse peculiarem praer omnibus Nigroxum regibus gloriam sibi conciliat.

(C) Vox arabica est Mocreat, id est Hoxerda, estque speciei quaedam orbiculorum permixtae mabexiei, nigro, alboque colore distinctorum, oculi se figuram referentium; vocatur autem eo nomine, quod is, qui illa in puluerem redacta comedit maxime, et hominibus horribilibus reseruit.

Est autem rex iste, ut fertur, omnium hominum iustissimus; et ex moribus, quos servat in agendo cum hominibus, et iustitia in illos exercenda, unus est, habere illum duces aliquot, qui quolibet mane equi aedes ejus adeunt. Florem autem ducum quilibet tympanum gestans, ad caput suum allidit, nec silet donec ad palatii portam deveniat: cumque duces omnes apud illum convenerint equum ipse conscendit, eosque praecedens lustrat plateas unbrs et suburbia. Tunc si quis fuerit oppressus aut molestia aliqua vexatus, offert se Regi, neque recedit à praesentia illius, donec sua causa decidatur. His peractis, suum in palatium revertitur, et duces omnes abscedunt. Florem pomeridianis cum solis ardor quieverit, equum denovo conscendit, et egreditur, septus undequaque militibus suis; tunc nemini patet ad illum aditus neque accessus. Bis igitur singulis diebus centis et statuta consuetudine equitat. Atque hoc de ejus iustitia notum est. Vestitus ejus est syndonis serica, qua se praevincit, aut (a) Borda qua se amicit: gestat faemoralia et sandalia coriacea in pedibus suis: equos conscendit. Ornamenta habet pulcherrima, et apparatus perfectum, quem diebus festis suis ante se portari iubet. habet praeterea signa plurima sub uno vexillo. Praecedunt illum elephantes camelopardales, et varia animantium genera quae in partibus Nigroorum reperuntur. Hi denique populi habent in Nilo cymbas fortis structurae, quibus exercent expiationem, et commercium inter utraque urbem. Indumenta vero gentis Ghanae sunt mantilia tegendis vexendis, vel pallia pro cuiusvis voluntate. Terra autem Ghanae iungitur à latere suo occidentali cum regionibus Mezarum, à orientali cum regionibus Vancarum, à septentrionali cum deserto latissimo inter Nigroorum, et Barbarorum terras interiecto, à meridionali iungitur terra infidelium, habitatorum scilicet Lamem et aliorum.

Ab urbe Ghana ad primos limites terrae Vancarum est iter octiduum: et haec terra Vancarum celeberrima est in praestantia et copia auri. Atque haec eadem est insula longitudinis trecentorum milliarium, centum et quinquaginta latitudinis, quam Nilus undequaque circumdat toto anni tempore. Adveniente vero mense Augusto et aestu gravescente, Niloque inundante, insula ista vel centum major pars illius aquis obruitur, manetque sepulta aquis quandiu Nilus terram inundare consuevit. At cum aquae decreverint, et Nilus in alveum festum colligere coepit, omnes qui sunt in regione Nigroorum degentes in insulis illis, redeunt in locum suum, et toto spacio dierum quibus decrevit Nilus terram

(a) Pallium, rigrum, quadratum quo se Arabes involvunt.

21

leviter effodiunt, et nullus eorum opera sua frustratur, sed quilibet pro dono Dei multum vel parvum auxilium invenit effodiendo. Postquam autem Nilus ad pristinos sese limites omnino receperit, vendunt quod reppererunt, atque inter sese mercantur; et quidem maior pars ejus auxilium à mercatoribus Vaxelan et à remotionibus occidentalibus, et suas in regiones illud ferentes, perhibent, et vidunt in nummos, ipsique mercantur, atque id quidem quotannis.

Ex urbibus autem terrae Vancanae est urbs Tixa magna et frequens populo, distatque à Ghana spatio sex dierum, via cursum Nili comitante. À Tixa ad urbem Maxasa habetur iter sex dierum. Et ab hac ad regiones Secmaxa sex sunt stationes. Ab urbe Secmaxa ad urbem Semagda est iter octo dierum. Urbs ista pulchra est atque elegans ad maris dulcis litus sita: distatque ab urbe Reghebil novem diebus. Ab urbe item Secmaxa ad praedictam urbem Reghebil meridiam versus est iter sex dierum. Urbs Reghebil est quoque ad litus maris dulcis, estque speciosae formae, ac mensurae, sita sub monte qui illi imminet à latere meridionali. Inter urbem Reghebil, ~~occidentem~~ versus, et urbem Ghana inest intervallum undecim stationum. Est autem Urbs Ghana ad ripam Nili, fonti circumseptis valle et frequenti robustoque populo culta. Ab hac item urbe ad urbem Ghana est iter undecim stationum in quibus rana est aqua. Omnes istae regiones paulo ante memoratae sunt sub ditione Domini Ghanae.

### Textia pars climatis tertij. — fontè Primi

Civitates celeberrimae quae in hac tertij climatis parte continentur sunt civitas Kaugha, et Kucu, Tamalma, Zaghana, Matan Angimi, Nuabia et Tagua. Porro urbs Kaugha est ad litus septentrionale maris dulcis, è quo ejus incolae aquas hauriunt ad bibendum. Subiacet haec urbs dominio Vancanae: Nonnulli tamen Nigorum adscribunt illam dominio Kanem. Ceterum est urbs populosa absque metibus, mercatura, negotijs, et artibus incolarum usui necessarijs nobilis. Mulieres hujusce urbis magici praestigijs ita sunt praeditae, ut ipsis magia peculiari modo tribuatur: dicuntur enim esse in hac urbe peritissimae celeberrimae, et summae efficaciae. À Kaugha ad Semegondam, occidentem versus, intercedit spatium decem dierum. Item à Kaugha ad Ghana est iter fere mensis cum dimidio. Ab eadem Kaugha ad Damocha, mensis intervallum habetur. Ab eadem quoque ad Sabra, fere mensis. Rursus à Kaugha ad urbem Kucu sunt viginti stationes. Aquilonem versus camelorum incesu. Urbs autem KUCU est celeberrima apud Nigros, et magnitu-

dine praestans, sita ad ripam fluminis, quod effluens è parte septentrionali,  
eam alluit, poturnaque praebet civibus illius; et licet sexant complures Nigri  
hanc urbem Kucu sitam esse ad ripam (a) fluminis, alij collocent illam pro-  
pè flumen influens in Nilum: verior tamen sententia est amnem istum  
latis donec transeat Kucu per multos dies, ac tum difundere se in solitudine  
per arenas et planities, non secus atque fluvius Euphrates in Mesopotamia, et  
illuc mergi in lacus. Praeterea rex urbis Kucu est absolutus à nemine depen-  
dens, habetque famulatum plurimum et dominium maximum, milites, ducesque  
ornamenta, atque apparatus speciosos. Hi populi equos, et camelos conspiciunt,  
suntque infensi, ac noxij gentibus sibi contemnis. Quod ad vestitum hujus  
regionis attinet, plebei pellibus tegunt pudenda, mercatores vero induunt tuni-  
cis, et vestibus, gestantque pileos in capite, et auxo se ornant. Procaces autem et  
nobiliores amittuntur syndone, adeunt mercatores et versantur cum ijs, daty<sup>e</sup>  
illis mercatores per modum mutui. Nascitur haec in terra ~~quod~~ lignum quod serpen-  
tinum nuncupatur ejusque proprietas est, ut si apponatur latibulo serpen-  
tis statim egredietur serpens ad illud. Item qui tenet hujusmodi lignum, quot-  
quot voluerit serpentes manu capiet absque ullo timore, quin potius in ijs cap-  
tandis fortitudinem in se quamdam sentire sibi videbitur. Hujus tamen rei  
veritas apud remotiores occidentis populos et Vaxelanitas est nunquam serpentes  
accedere ad eum, qui lignum hoc manu tenuerit, aut collo gestaverit. Atque id  
quidem notissimum est. Hoc lignum simile est Pixetho, contortum, sed ni-  
gri coloris.

Urbis Kucu distat ab urbe Shama itinere mensis cum dimidio, ab urbe  
vero Tamalma orientem versus stationibus quatuordecim. Urbis ista parva  
est, de terra <sup>K</sup>Covax frequens populo sine mœnibus. À Tamalma ad urbem  
Mathan, de terra Kanem duodecim sunt stationes: haec etiam parva est et ex-  
tium usualium in ea exercebatur nulla, mercatores pauci: possident autem ejus in-  
colae camelos et capras. Ab urbe Mathan ista ad urbem Angimi habetur iter  
8. dierum: et haec quoque pertinet ad terram Kanem, estque admodum parva,  
civibus non multis, atque his quidem abiecti animi, culta: Sunt autem confi-  
nes Nubae ex parte orientali et triduo distant à Nilo, meridiem versus, et bi-  
bunt aquas puteorum. Ab eadem Angimi ad urbem Zaghaxa est iter 6. dierum;  
Zaghaxa autem multa possidet oppida, populisque frequentes: et circa eam

12

degit gens quaedam eorundem Zaghanitarum, qui civium camelos conduunt: et aliquot pauci momenti mexcatunas, nonnullasque artes exercent apud illos. Ipsi si militex aquas puteorum bibunt, comeduntque dhona, atque lacticiam, quibus valde abundant: contegunt se pellibus conditis et sunt Nigorum omnium velocissimi cursu. Ab urbe Zaghara ad Mathan est spatium 8. stationum, et in Mathan commoratur imperator, ac princeps illius, cuius milites, ut plurimum, nudi sunt sagittarij. Ab hac urbe Mathan ad urbem Taqua tredecim habentur stationes, et haec metropolis est regionis Taquitarum infidelium, nullam religionem colentium: Horum regio confinis est terrae Nubae et ad ipsos pertinet Somna civitas parva. Ferunt autem nonnulli, qui peragranunt urbes Kovax, Dominum Ialac, qui principatum suum habet a rege Nubae, abisse in urbem Somna, eamque combussisse, et funditus evertisse, ac rariis in partes dispersisse civas illius, et modo ipsam esse dixitam. Ab urbe Taqua ad hanc eandem sex sunt stationes. Et ab urbe Taqua ad urbem Nubiam, e qua nomen habet Nuba regio, et ex hac Nubite, stationes decem et octo.

### Quarta pars climatis primi

In hac quarta primi climatis parte continetur regio Nubarum, pars Aethiopiae, et reliqua terra meridionalis Taquitarum, et pars regionum Nubae interioris. Celebratissimi loci, et urbes Memopolitanae in regionibus Nubarum sunt Cusa, Phalwa, Dancala, Ialac, et Sula. In terra vero Aethiopiae, Marcata, et Nugiophia. In terra denique Nubae interioris, et superiore parte Aegypti, urbes Aquam, et Amava, et Redini.

In hac eadem parte censitur separatio duorum Nilorum, videlicet Nili Aegypti, qui vocat dextram nostram fluens a Meridie in Aquilonem, cuius ad utrumque latus hinc sunt plerumque urbes Aegypti, aliquotque in insulis ipsius. Altera pars Nili fluit ab oriente ad ultimos Occidentis terminos, et secus ipsam Nili partem sunt omnes, aut certe plerumque Nigorum regiones.

Haec duo Nili partes excediuntur a monte Lung, qui est ultra lineam Aequinoctialem undecim gradibus. Nam Nilus originem in hoc monte habet a decem fontibus, quorum quinque confluent ad ingentem lacum, reliqui ex eodem monte labentes confluunt pariter in alterum magnum lacum. Tum ab unoquoque horum lacuum excediuntur tria flumina, quae tandem in unum concurrunt, efficiunt maximum lacum, secus quem est civitas Tumi nuncupata, etque urbs de populosa, et in ea venitur oxiza. Ad ripam huiusce lacus est etiam simulacrum quoddam manibus adpectus levatis, et fertur esse Mastah, in quem actum ita fuit, quod homo secessus esset. In praedicto lacu reperuntur pisces habentes capita volucrum similia cum

rostris, aliaque reptilia monstruosa. Lacus, in quem ~~flumina conflere praediximus~~ ~~montis autem~~  
~~praedictus~~ est super lineam Equinoctialem constitutus, tangens illam. Inferiorem partem huius  
usque lacus, in quem flumina conflere praediximus, <sup>mons</sup> ~~fontis~~ occupat, secans maiorem ipsius  
partem: et extra lacum reserptens in partem septentrionalem cum aliquanto se-  
du ad occidentem, trahit seuum unum Nili brachium quod pergit in plagas occidentales;  
atque iste est Nilus Texae Nigrae, eique adiacent omnes fere ipsorum regiones.  
Ad orientale eiusdem montis lacus effluit alterum Nili brachium, et in septentrionem ten-  
dens alluit Terram Nubae, et regiones Texae Aegypti: dum in imma Texa Aegypti diuiditur  
in quatuor partes, quarum tres influunt in mare Damascenum, quarta in lacum salum,  
qui proximus est Alexandriae, distat enim ab illa spatio sex miliarium. **I**si autem lacus  
non est mari coniunctus, nam provenit ex eluvie Nili, non tamen procul habet ab cais  
maritimis; verum de his specialius infra vultolo, annuente Deo potentissimo et gloriosis-  
simo. Ab radicibus montis Lunae, videlicet ab eo spatio, quod est inter flumina decem, et  
lacus, fluens (Nilus) per septentrionem usque ad lacum maximum, conficit iter decem sta-  
tionum, et latitudo, quae inter duos partes lacus intercipitur ab oriente in occidentem, est  
sex stationum.

Tres sunt praeterea in praedicta Texa montes ab occasu ad ortum proteresi, quo-  
rum primus monti Lunae proximus appellatur à Presbyteris Aegypti Mons Templi sacri.  
Secundus huic vicinus, à septentrione vocatur ab ipsis Mons avari quod in eo reperiantur  
aurifodinae. Tertius mons huic secundo proximus una cum Texa quam occupat vocatur  
Texa serpentum: forunt enim incolae Texae illius esse ibi serpentes maximos, qui usque  
pectu interficiunt. Extant etiam in eodem monte scorpiones magni uases, nigri coloris  
illic necantes.

De regionibus Nubae superius memoratis est urbs Cusa interior, distatque ab urbe  
Nubia itinere sex dierum: non longe distata est à Nilo, iacetque supra lineam Equinoctialem.  
De Texa quoque Nubae est Ciuitas Thalac uetus ripam Nili infra urbem Damcala ad iter quin-  
que dierum per eundem Nilum, ita: atque ita incolae Thalac proficiuntur in Texam Aegypti:  
in Thalac vero, et Ialac interuenit spatium decem dierum itinere Texae: sed per Nilum de-  
scendendo, brevior via. Longitudo autem regionis Nubae secundum litas Nili, est duorum mensium  
et amplius. Similiter incolae Thalac, et Damcalae Cyribis Nilum subcantes descendunt ab urbe  
Nubia ad urbem Ialac, quae iacet inter duo eiusdem Nili brachia. Porro Anaxiculus Nigro-  
num, ubi à Ialac proceperunt usque ad montem Panadai, cum nequiant ulterius progredi ad  
Texam Aegypti, redire coguntur. Causa vero eius impedimenti est quoniam Deus cuius nomen:  
glorificatio creauit eum montem, et statuit partem, quae respicit regionem Nigro-  
num, ad quam

13  
quatam, alteram, quæ respicit Aegyptum, præruptam: et Nilus magno, atque horribili impetu  
agit sese præcipitem deorsum inter saxosas, et acutas rupes. Iuxta postquam Nubium, aliorum-  
que Nigrorum cymbæ ad ipsum Nilum locum appulerunt, prætereunt nequeunt propterea obstaculum  
illud fatale: nec mensatores ad ventrem narium ad camelorum dosas merces suas conser-  
tunt, et per desertum iter faciunt ad urbem Assuan, quæ ab hoc loco; monte scilicet isto, distat  
spatio duodecim fere stationum, inceptu camelorum. Assuan prædicta licet sit et propugnaculum Nubæ,  
crebra tamen inter se pugna exerceat.

Eadem quoque ratione Aegyptiorum narium non ascensunt per Ni-  
lum nisi usque ad urbem Assuan tantum, quæ est terminus Sædis superioris; et quæ civitas præcæ,  
populosa tamen, et frumento, atque omnibus leguminum generibus, frugibus, ac oleis plurimè abundat  
dat bovinis, ovinis, et caprinis, aliisque canibus magis suavitatis, et pinguedinis, quæ <sup>cunctis</sup> ~~omnibus~~ diebus  
vili pretio emuntur: vint prætereà in illa merces pluvium, quæ inde ad regiones Nubæ transferuntur.  
In eius limites irant aliquando equi Nigrorum, qui vocantur Albanis, et dicuntur esse Ige-  
ci, religionemque Chæriticam profiteri à diebus Coptitarum, ante episcopum Mosemaritanum decem-  
tam; verum deficiunt à fide Christianorum, vult enim Iacobitæ. Hi vagantur per eas partes, quæ  
sunt inter terram Bogæ, et terram Aethiopiæ, exveniunt usque ad regiones Nubæ. Sunt autem  
semper vagi, nec unquam eodem consistunt in loco, non secus ac gens Lantum solitus  
divinis in remotionibus occidentis partibus.

Ab orientali parte Assuan nullam habent Moslemâni  
regionem contiguam præter montem Ollacqi, cuius ad radices stat vallis arida in-  
aërosa; at si quis fodiat in monte, proximas invenit aquarum venas copiosè exumpetes.  
Præfate in monte extant auræ, argentique fodinæ, ad quas concurrunt variis fossoribus.

Non procul ab urbe Assuan ad latus Nilum meridionale est etiam mons alius, cuius  
radicibus extat fodinæ smaragdini in deserto ab ædificiis remoto. Nec reperitur in toto  
terrarum orbe smaragdus aliunde quam ex hac fodinæ, quæ sanè fossoribus præfre-  
quens est: ex hac enim eductus distrahitur postea in partes universas. At fodinæ su-  
perius memorata, quæ est in terra Bogæ distat ab urbe Assuan quindecim dierum  
itinere medio inter orientem et septentrionem. Assuan deinde habet ab occidente  
conjunctam sibi Alwahat, quæ modo deserta est ac diruta, præterea vero temporibus ha-  
bitata, et fontibus iniqua exat: et ad hæc usque tempora caruunt in illa quædam  
arborum reliquæ et oppidorum destructorum atque inhabitabilium rudera. Si quis  
pauit ex ea exierit ad terram Kovæ et Kellu deprehendit in terris illis multam  
ta palmata, varia que ædificiorum vestigia. Memorat autem Haucali reperiri illic  
hæcque tempora peccades, capraque quæ sylvestrem induta, natæ naturam,

homines fugiunt, et à venatoribus capiuntur ut reliquae belluae.

Maiores pars Aethiopiae protenditur inferius una cum terra Aegypti, et in illa ceantur quaedam edificiorum reliquias, equibus infusa, opulante Deo. Praeterea ab urbe Falac quae inter triginta stationum ad urbem Maxata parvam quidem et sine mœnibus, multis tamen instructam civibus, qui hordeo vescuntur, et fycibus, atque lacticiis quibus abundant: Ad hanc ingreditur mercatores ab urbe Zalegh, quae est versus mare Rubrum.

### Quinta pars climatis primi.

Continet haec pars quinta climatis primi maiorem partem terrae (a) Habasciae, multasque regiones ipsius. Maxima autem inter eius urbes est Senbita, quae quidem populosa est, sed in solitudine ab habitationibus xerota: eius villae atque campi adiacent flumini, quod Habasciam secans influit in Nilum: (b) habet quoque ad ripas eius urbes Maxata, et Nagragha. Orius huius fluminis est ultra lineam aequinoctialem, in extremis finibus terrae habitatae, ex parte meridionali; fluitque inter occidentem et septentrionem donec attingat terram Nubae, ubi exoritur sese in brachium Nili, quod urbem Falac circumvallat uti supradiximus. Est autem fluvius iste magnus, latus, copiosus aquis tanto fluxu; ipsi quoque adiacent aedificia Aethiopum.

Errant autem plerique vulgares hoc flumen, opinantes ipsum esse Nilum: hoc in re sibi persuadentes, quod eluvionem, et incrementum atque decrementum, eodem huic tempore, quo Nilo accidere observent. At quamvis praedictas Nili qualitates in isto fluvio deprehendant eodem modo, et tempore, tamen falluntur non distinguentes hunc à Nilo. Nos tamen opinionem, videlicet fluvium hunc non esse Nilum, confirmant ea, quae traduntur in libris hac de re scriptis, quaeque memorantur de proprietatibus huius fluminis, fluvii, atque ingressu in Nilum prope urbem Falac. Memorat haec Ptolemeus Relusius in suo libro, qui de Geographia inscribitur: et Masan filius Almondex in libro mirabilium, ubi agit de fluminibus, deque origine, et in fluxu illorum.

Inter urbes Habasciae maximas est urbs Zalegh, et Namona, Cegent, et Bacta, usque ad contumina. Edificia epidorum Baxbar. Praedictarum urbium incolae vescuntur fycibus, quos capiunt: et lacticiis, atque leguminibus, quae defertur ex oppidis suis ad praedicti fluminis ripam cultis.

Civitas autem Nagragha parva est versus flumen locata: eius incolae agricultura vacant, vescuntur horrea et hordeum, annonam sibi ex his parant ipsaeque vescuntur. Inter hanc, et urbem Maxata superius commemoratam intercedit spatium sex dierum, versus flumine: adversa vero unda, plus decem, pro ratione virorum. Horum cymbae parvae sunt, nam lignorum penuria laborant. Citra duas urbes istas, ad plagam meridionalem



ionalem, nulla reperitur habitatio, nec quidquam notatu dignum. Vbi autem Nagiōgha distat 14  
ab urbe Penbita stationibus octo, eademque distantia est inter Márcata, et Penbita. ~~Penbita~~  
Poxā Penbita, ut supra retulimus, est in terra deserta, et eius incolę bibunt aquas  
puteorum.

Civitas Zalegh sita est ad litus maris Salsi, quod iungitur mari Rubro; et  
totum huiusce maris profundum ita plenum est brevibus usque ad (a) Bababmandab,  
ut naues magnę nequeant illud sulcare, et si quando audeant parvas cymbę, illud  
aggredi ventis abreptę, naufragium patientur. A Zalegh ad oras maximas Iaman  
tres sunt cursus iustę mensurę. Zalegh autem episcopus licet claudatur limitibus,  
celebris tamen est incolarum frequentia, et magno concursu navigantium: nam pleręque  
naues maris (b) Calzem accedunt ad ipsam taxijs onustę mercibus, quas divendunt  
in Athiopię regionibus, merces ex ijs atque argentum reportantes.


Ab hac urbe ad urbem  
Mancóna habetur iter pedestre quinque dierum, maximum vero est brevius. Iacet  
in regione huius urbis in deserto, regio quędam Calpium vocata, distantque ab invicem  
spatio duodecim stationum, sex solitudinem. Mancóna ab Egent quatuordecim distat  
itinere sexagesimi: est autem hæc urbs propę litus ex parte meridionali, et ad illam  
confluunt parva navigia non admodum onusta: quoniam totum mare istud, qua parte  
re respicit terram Habascię, plenum est brevibus, et vadis navigationem prohibentibus, ut  
supra diximus. Vbi Egent parva est, nec admodum populosa, imo magna ex parte  
deserta. Ab hac ad Bacte est iter quinque dierum. Et ab eadem ad octo dierum  
spatium reperitur vbi Batta Barbarę contemino oppidis, quorum primum, nec qui-  
dem longę ab illa est Dua.

## Sexta pars climatis primi.

Sexta hæc primi climatis pars comprehendit in australi parte urbem Caxcóna,  
et Maxca, atque Nogiā: et tres istę regiones sunt de terra Bárbarę, et ad has ter-  
minatur dominiū ipsius: iacet autem viciis mare Iaman. Viciis cibis regentium  
in oppidis Bárbarę, sunt Carnes desudinum maximarum.

Ab hac ad Caxcóna habetur spatium  
duarum dierum itinere maximo: atque hinc magnus impendit mons in meridiona-  
lem partem protensus. A Caxcóna ad Texma indui est interuallum, itinere item  
maximo: et ab hac inchoatur mons Chacuni, qui mons habet septem exumpentia  
capita, et extenditur sub aqua in mare millianibus quadraginta quator. Propę mon-

Este clavo no es coxnal sino equivo-  
cacion al volver la hoja.



15  
vis huiusce Capiti extant regiones quaedam paruae quasi pagi, et vocantur (a) *Alhauri*.  
Ab hoc monte Chacuni ad *Marca*, via maris oras comitante, est interuallum trium mē-  
suum cursum, via vero sexagesimi septem dierum spatium. Duabus Stationibus a *Mar-*  
*ca* est flumen eodem quo *Nilus* fluvio decurrens, secus quod remanent millium. *Akhan-*  
*ca* ad regionem *Nogia* secus mare collocatam dies est cum dimidia, itinere maritimo,  
sexagesimi autem quatuordecim; *Nogia* vero est vicina *Bābarā* terra. Et ab eadem *Nogia* ad  
*Tabem Cannua* paruum, et secus mare viam, habetur iter octo dierum. Ab hac ad  
*Bezonia* oppidum magnum, et populosum sex dierum est iter. Atque et praedictae re-  
gionis incolae comedunt ranas, serpentes, et alia id genus nausiosa, quoniam ab  
esu natura abhorret humana. Huius tenus iungitur etiam regio *Tengitaxum*.  
Item *Cannua* et *Bezonia* duae partes quarum incolae sunt infideles iunguntur re-  
gionibus *Tengitaxum* prope littus maris *Salsi*. Regiones omnes memoratae pro-  
spectant a septentrione terram *Taman*, e qua separantur sinus maris cu-  
jus est ibi latitudo sexcentorum milliarum, alibi maior, aut minor, prout  
eiusdem maris orae, vel per desertum panduntur, vel promontorijs restringuntur.

Comprehendit etiam haec pars ex ijs quae continentur in hoc mari, quatuor in-  
sulas, quarum duae sunt ad plagam orientalem, in (a) *Siun-alhauri*, et una vo-  
catur *Chantun* et altera *Maxtan*, de quibus infra suo loco Praefatio Deo iuba-  
te: 3.<sup>a</sup> est insula *Socotra*, e qua nominationem desumit *Aloe*, distans a litto-  
re duobus cursums vento secundo; quam respicit ad terram *Taman* inter *Bez-*  
*batt* et *Hasec*, de quibus etiam infra suo loco, Deo dante, una cum ijs quae de ipsis  
sunt memoranda digna. Quarta insula vocatur *Zambela*, estque ad plagam hu-  
iusce partis occidentalem, deserta quidem illa, sed arboribus referta: sunt in ea  
montes spaciosi praerupti, rariisque animalium et belluarum rararum gene-  
ra: est etiam in illa aquae scabellae influens in mare. Ad hanc insulam descendunt  
aliquando seseque recipiunt qui ab itinere abeunt *Tamanitae*, aut nautae ma-  
ris *Rubri*, vel *Habasae*. Huius opponitur ex adverso in maritimis oris *Taman*, cas-  
tellum, quod dicitur *Hacan*.

Ab eadem insula ad montem *Mandab* est iter duorum cursumum. *Mandab* autem  
mons est mari undique septus et aliorum pars eius meridiem respicit, protenditur  
que ad septentrionem cum flexu minimo ad occidentem. Huius longitudo est duo-  
decim sexcentis milliarum, et eius terga, qua parte respicit terram *Habasae*, ple-  
num est cum brevibus tam insulis caeteris usque ad *Zalegh*, ad *Ecgent* ad *Bacte*, i-  
ta ut mare istud nequeat ab hac parte ullo modo sulcari. Narrat autem au-

bon libri Mirabilium nullam prope morbem hunc navim transire ferreus con-  
pactam clavis, quin ab illo attrahatur ac tali ratione detineatur ut liberari mi-  
nime valeat. Porro mons praedictus Alandab extenditur per duas maritimas Tamaran  
ut dicimus: nec possunt ulla ratione naves maris Rubri ascendentes ad Laman  
eundo, aut revertendo illac proficere: quoniam mare, eo in loco adeo praestringitur,  
ut percipiat quis amicum suum ab altera parte continentis Tamaran. Ceterum in tex-  
to hujus montis antrum, in quod si quis ingrediatur, nunquam egreditur:  
aut enim a foveis devoratur, aut certe in foveas cadit. Id vero nonnulli cum a-  
nimadvertissent, transtulerunt se illo et antrum lapidibus ac cemento obstruxerunt,  
quare nemo hoc tempore illud adit.

Insula vero Socotra est ampla limitibus mensura praestans, nitida et luxu, ferax  
arborum et pleraque ipsius gemina sunt arbores Aloës. Atque hae Aloës superat  
bonitate reliquas omnes, ut illam, quae colligitur in Hadramut de terra Tamaran; ~~in~~  
~~in~~ in Segex, et alibi. Ca insula, ut dicimus, iungitur Sann a septentrionali, quam  
occidentali parte cum terra Tamaran; imo numeratur inter regiones ejusdem terrae  
Tamaran, et ad illam pertinet; Respondet autem illi ex latere regionum Zengica-  
narum vbi Melinda et Mombasa. Perique vero incolae insulae Socotrae sunt Chri-  
stiani, et eius rei causa est, quoniam cum Alexander viciniam reportasset de Re-  
ge Persarum, et clavis eius insulas Indiae expugnasset, illius Indorum Regem interfe-  
cisset (praecipit autem ejus Aristoteles mandaverat ei ut quaeeret insulam Aloës:  
et ideo Alexander semper id habuit in animo propter sui praecipiti mandatum)  
post captas (inquam) ac subiugatas insulas et Reges Indiarum reversus est per mare In-  
dicum ad mare Laman et illis quoque devictis insulis pervenit ad insulam Socotram  
in qua telluris praestantiam et aënis temperiem approbans scripsit ea de re ad  
praecipitorem suum. Quo nuncio ad Aristotelem delato, respexit ad illum pro-  
cipiens ei, ut expulsis ejus insulae habitatoribus Sycacos pro eis substituere, ipsaq;  
curam committeret arboris Aloës tuenda, fovendaque cum propter plurimas, et  
praestantissimas utilitates, tum quia non sunt perfecta medicamina absq; ipsa:  
tum etiam ob utilitatem quam adfert omnibus gentibus quae illam solumunt, et  
mexantur: tum demum quia est sua natura medicamen optimum, et utilis-  
simum. Praestitit id Alexander et omnibus ejus incolis expulsis suffecit in illam  
gentem Sycacam, cui mandavit custodiam, curam et plantationem Aloës arboris.  
Folia hujus arboris leguntur mense Julio, tum <sup>sucus</sup> ~~sucus~~ ex eis elicitur et in ollis  
aeneis aut alijs vase conseruitur, deinde in utribus reponitur, ac demum mense  
Augusto soli evaporari efficcandus.

Infulae vero Chaatan et Mantan praedictae sunt in (a) Sium ~~Alhafise~~, e regi- 16  
one terrae Segea, in qua nascitur thus. Et utraque harum insularum est habi-  
tata; degit enim in ipsis natio quaedam Arabum qui diversis et antiquis utuntur  
linguis. Arabibus hac nostra tempestate ignotis. Advenit saepius ad illos ~~Ambaxi~~  
optimum quod emunt a mercatoribus illuc navigantibus. Exrahuntur ex  
his insulis conchae testudinum, et Zailaan, genus etiam concharum et dorsa tes-  
tudinum, ex quibus conficiunt sibi incolae Siaman paxosides ad labandum et  
pingendum.

De regionibus autem Siaman hac in parte contentis est Mechlaf-Alherda,  
Castellum seu maxè situm. (Arabes namque castellum vocant Mechlaf.) Cae-  
terum Alherda est castellum parvum, et qui degunt in eo pauci vesuntur  
cannibus, lactiniis, et dacrylis, angustam transigentes vitam. Ad hoc ad cas-  
tellum Shalafeca quatuor habentur stationes itinere terrestri: Multi sunt hu-  
jusce castelli habitatores; estque situm prope portum Labid, distatque à Labid 50.  
passuum millibus. Porro civitas Labid est ingens et eju incolae divites et opu-  
lenti, et ad eam conflunt mercatores plerumque de terra Stagia, Atakasiq et (b)  
Metsa, ascendentes per naves Gioddæ. Athyopes quoque deferunt ad eam merces su-  
as; et ex eadem educunt rarias aromatum, species et rafa Sinica aliisque similia. Est  
autem sita prope parvum flumen, distatque ab urbe Sanaa CXXXII. M. P. millibus  
pass. per viam quæ ducit ad terram Siaman; nam à Labid ad Gilan habetur spatium  
XXXVI. miliarium: à Gilan ad Alhan XLII. ab Alhan ad Alox, XXX. ab Alox  
denum ad Sanaa XXIV. Omnia praedicta loca sunt pagi atque castella non admodum  
maiora, sed tamen populosa, in quæ divertunt mercatores viatoresque, et comestum  
inde sibi comparant. Urbs autem Sanaa est opibus referta aedificijs frequens et in  
tota terra Siaman vetustissima, latissima et populosissima; estque sic in princi-  
pio primi climatis, cæli temperie, et belluicis fecunditate celebris, caloris enim  
atque frigoris perpetuo temperata temperamento. Ab hac urbe ad Dhamaa  
urbem parvam, raris, et angustis aedificijs constructam habentur XLVIII. M. P. Ab  
urbe rursus Sanaa ad Adon est intervallum CIV. miliarium, itinere, quod ducit  
ad (a) Darian=Dahes. Nam à Sanaa ad Dhamaa habentur XLVIII. M. P. inde ad  
Castellum Sabtan XXIV. dum ad Stagian et Nadan duo oppida propinqua, LX. M.  
P. proterea ad Castellum Adin, LXXII. M. P. ab hoc denique ad Adon, XII. M. P.

Est autem Adon, urbs parva, celebris Siamon, quia est portus vix

usque maris, et ex ipsa voluntate nauigia Sindh, Indis, et Sinarum, et ad ipsam deferruntur  
vafa Sinica: eandem urbem Aden circumdat a longo ex latere sui septentrionali mons  
quidam circumductus ab uno mari ad aliud. Mons iste habet ad utranque sui extremita-  
tem duo foramina veluti duo ostia, per que ingressus patet egressusque: distatque unum  
ostium ab alio, itinere per montis dorsum capto, diebus quatuor; neque possunt incolae  
Aden ingredi aut egredi nisi per haec duo ostia, vel cente nisi arripiano: ita maxi-  
mum: et haec ciuitas est emporica.

Ab Aden autem ad Mahgem octo habentur stationes  
leues per regionem Dahes. Mahgem est vrbis parua quasi Castellum, frequens  
tamen populo; estque terminus inter ditionem Tahamg et Iaman, distatque a Sanaa  
stationibus septem. Porro a Mahgem ad Habram quatuor insunt stationes: Habram  
autem est vrbis valde parua, complectiturque pagos, riuos, et aquas, viciis quas  
iacent edificia ciuium, et in planitie vicia est; incolae autem eius sunt diuersarum  
nationum Iaman, distatque a Sanaa tribus stationibus. Ab vrbe Habram ad Saada  
inest spatium quadraginta octo milliarium. Et ab Aden ad opidum Abin, Orientem  
versus litora perlegendo, milliarium duodecim: estque haec prope mare Iaman, et  
eius habitatores sunt celebres in arte magica: distat autem a Safaa itinere ma-  
ritimo diei ac noctis sexestri vix quinque dierum; mons enim interiacet, qui lito-  
ra Secani protenditur a mari ad desertum usque ac viam impendit. Ciuitas Safaa  
est parua admodum, ad mare Salsum extracta, distatque a Scioxama duabus fere die-  
bus, incedendo viciis litora. Inter Safaa, et Scioxama occurrit oppidum magnum, ubi  
erat laculus calidus, cisternae infra, in quo incolae illarum partium lauant vese, et  
ceprosi sui ad illum delati curantur a diuersis languoribus, et morborum generi-  
bus. Porro duae vrbes sunt viciis in oris maritimis vrbis Hadhamut, distant  
que ab inuicem sexestri itinere duarum dierum.

In vrbis Hadhamut extant duae vrbes,  
vna Siabam, altera Taxim dicta, remotae ab inuicem vniuersae stationis intervallo.  
Item ex vrbibus Hadhamut est Marob, quae tamen modo est dixuta; exatque haec  
vrbs Saba, e qua orat oriunda Belegis vxor Salomonis filij Dauid. Ab Hadhamut  
ad Saada habentur CXL milliaria. Et a Sanaa ad Saada CXX. M. P. vnginti.  
Ab Aden autem ad Hadhamut, et quae iacet ab orientali latere ipsius Aden, sta-  
tiones quinque. Extant in ea campi arenarum latissimi, qui (a) Akaf appe-  
latur; quae possidet loca opidumque, parua sunt, et paucos in ipsis exercebantur men-

cauz. Producit etiam hęc vrbes Moien Madhramuticā. Socotima inferiorem. In vrbe autem 17  
Saba commorantur nationes & incolis Iaman, et Oman; atque ibi exrebatua apperit ille  
Arabum deopoxibus, antequam inde dissipati fuissent, celebratimus. A Socotima prædicta  
vra vrbis litora, ad vrbes Merbat, & ea insunt dies, itinere maximo. Atque his duabus  
vrbibus interponitur Hobbo-leamar. Hobbo autem continentem denotat. In infirma huius  
continentis parte estat regio quedam dicta Chalfat: insupna vero eius parte est  
mons Curbus lunæ instar, atque hinc vocatus fuit mons Lunę, ob arcuatam su-  
liet ipsius figuram et albedinem.

In montibus Merbat nascuntur arbores thuris quod deinde in omnes  
orientis et occidentis partes defertur. Vrbis Merbat quatuoriduo distat itinere  
terrestri ab oppido Hasec maxi opposito: maritimo autem duobus auxibus.

Poxo Hasec respiciunt e mari duo insulę, nempe Chaxtam et Maxtam, de quibus  
iam egimus. Prædictæ vrbi adiacet mons dictus Mons Laus, ingens, et maxi super  
eminens, cui opponitur à plaga septentrionali terra gentis Gad. Vrbis Hasec  
distat à sepulchro Judę duobus M.P. estque Hasec vrbis parva, sed populosa, habet  
que locum pisculentum ingentem prope sinum Alhasec, qui sinus profundissimus  
est et in modum fucci curvus, in quem se forte cymbę ceciderint nequeunt ex  
eo liberari nisi adhibito vento artificioso; quod si nautę in illum ceciderint  
naxo evadunt pax summa egressus difficultate.

### Septima pars climatis primi.

Ad hanc septimam primi climatis partem attinet portio aliqua maris In-  
dici et plures seuuorę insulę in ipso mari Indico: secus quod iacet vrbis Beria ul-  
timus terminus terre gentiliam, qui nullam tenet religionem, sed execros lapides et  
piscium adipe unctos adorant. Ab vrbe Iberia mari adiacente ad Nedubam tres  
insunt dieę itinere maritimo; et ab hac vrbe que etiam secus littora iacet ad Me-  
lindam urbem de regione Zengitana tres dies ac noctes itinere quoque maximo. I-  
tem Melinda est prope mare ad ripam fluminis aque dulcis et est ingens vrbis, eius  
que incolę habent ferris fodinam, quod extractum atq; elaboratum vendunt: un-  
de et questus ipę luculentior et mercatura nobilior. Item dicuntur iidem incolę no-  
xia animalia incantare, ita ut nulli noceant, nisi cui ipsi voluerint. Ab hac vr-  
be ad urbem Monbasa seuus litora sitam, duę habentur dieę; hęc autem parva ci-  
uitas de Zengitana terra: et eius incolę magna pollent industria in eliciendo ferro  
et capiendis tigribus, habent enim canes rubros qui omnes lupos ceterasque feras  
superant. Et quidem Monbasa est sita prope mare, et seuus flumen magnum quod

naves penetant ad distantiam duarum dierum ad cuius ripam nullae inveniuntur habita-  
tiones. A Monbasa ad Baies terraezei itinere sex Insunt dies: maritimo vero unius via-  
sus cum dimidio; caeterum est urbs populosa terminatque terram Tenzitanam illique  
iungitur terra Siphale auri. Distat ab hac urbe spatia octo dierum, via terrestri prope  
litus capta urbs quaedam Tehna appellata: maritima autem via, spatio cursus unius cum  
dimidio; nam inter duas hasce urbes magnus interiacet sinus mexicæ vexsus, protensus, nec-  
tum ita impediens. Inter predictas duas urbes intercedit mons sublimis et amplius Agenad  
vocatus, ad cuius latera aquis iam undique excavata, unde allisra horrendum emittunt pre-  
pitunt. Atque hic mons predictus attrahit ad se naves eo accedentes: quapropter nauta a-  
vertunt se, receduntque ab illo. Ex regione terræ Tenzitanæ maximè stant insulæ quæ  
dictæ insulæ Raneth, suntque plures, spatiosæque terræ; harum incolæ sunt fusci admodum  
coloris, imò et qui seminant millicia et arundines saccari atque arbores Camphoræ sunt  
nigro colore affectæ. Ex insulis Raneth una est Saxanda cuius ambitus iuxta flexuosos  
sinus (uti fertur) est mille ducentorum millium pass. Nobilis est insula hęc locis ad  
expiscandas manoxitas et aromatum generibus; eamque mercatores frequentant.  
Item ex insulis Raneth sub hac parte de qua agimus comprehensæ est insula Aegia et  
urbs, in qua degunt incolæ huius insulæ, dicitur Anfugia idiomate gentis Raneth. Porro e-  
jus incolæ sunt converg, et nunc temporis plerique ipsorum profitentur religionem  
Molemannicam. Inter hanc insulam et urbem Baies de maximis oris terræ Ten-  
zitanæ intercedit spatium unius cursus. Caeterum circuitus ejus est quadringentorum mil-  
liarum. Incolarum frequentioribus est fructus quidam dictus (a) Mawz, qui quintu-  
plex est apud illos, alius enim vocatur Mawz-Algend; secundus Mawz-Alfili; cuius ge-  
neris unus aliquando fructus duodecim pondus unciarum aequat: tertius est Mawz-Al-  
ommani: quartus Mawz-Almuniani: postremus denique Mawz-Alfocari.

Non longè ab hac parte extat insula, in qua est sublimis mons, ad cuius  
fastigium, imò nec ad ullam quidem ipsius partem accedere quisquam potest. Ambrosit  
enim quicumque attingit; nam interdum furnum laterarium, noctu vero ignem ardē-  
tissimum emittit: tamen ex ejus radicibus scabent fontes quorum aliqui sunt frigidi,  
ac dulci aquæ, alij calidi et acidi.

Prope insulas Raneth predictas est etiam insula Carnoa, cuius incolæ sunt ni-  
gri; et vocantur Bumite; distatque ab oris maximis terræ Tenzitanæ navigatione diei,  
ac noctis; ab insula autem Raneth dicta Anfugia navigatione diei tantum. Prope hæc  
iacet insula Simiaum, distatque ab invicem ad tres cursus. Inter hanc et continen-  
tem iuncturam terræ Ethiopie duo intersepti cursus breves: Est autem hęc insula mag-



magna, sylvis, arboribus et densis atque inaccessis reperculis referta, continetque rariora  
 frugum genera. Similes praeterea extant in ea quamplurimus, quae in dies exsunt et augen-  
 tur, ita ut in totam insulam dominantur ob magnam copiam. Ab hac insula ad insu-  
 lam Socotram insunt duo cursus, et incolae Socotrae arte prevalere simis, venantur-  
 que illas. Ad latus septentrionale insulae Simianae est insula dicta Cotroba, populis Chri-  
 stianis habitata.

**Paxo** mare quod sub hac et praecedenti parte continetur (mare scilicet Ommani-  
 cum) vocatur lingua Indorum mare Hexand; atque in isto mari sunt multa porten-  
 ta, variaeque figurae et praesens variis coloribus maculati, quorum aliqui sunt longitudi-  
 nis centum cubitorum et amplius. In eodem quoque mari producitur Ambarum mag-  
 na copia et suavissimi odoris; et quandoque reperitur unum Ambarum ponderis quinta-  
 rij et magis ac minus. Est autem Ambarum materia quaedam quam emittunt fontes  
 in profundo maris existentes, sicut fontes <sup>-Hic</sup> remittunt Mastam; furentibus autem ventis  
 ad litora repellitur.

**Octava pars climatis tertij. (forte vel certe Primi).**  
**Paxo** hae octava primi climatis continet reliquam terram Sophale in qua duae sunt ur-  
 bes veluti pagi, et parva quaedam oppida illis interiecta, necnon gens vagabunda, ut Arabes.  
 Praedictarum urbium una vocatur Hantema, Dandema altera, et utraque sita est ad occi-  
 dentem Salsi: sunt, inquam, parvae urbes quasi oppida populosa: distant ab invicem spatio  
 duorum cursum itine maritimo: caelestis vero septem dierum; et Dandema praeser-  
 ta est una urbium metropolitanarum terrae Sophale. Praeterea coniunguntur cum ter-  
 ra Sophale tres urbes quarum una appellatur Sciora mediocnis magnitudinis, po-  
 pulo Indis, Zengitis, aliisque permixto habitata. Haec urbs sita est secus litus maris, et in  
 ipsa commoratur princeps istius regionis, habetque exercitus suos pedestris tantum ex-  
 tractos, cum equi non habeantur apud illos. Eadem urbs adiacet sinui quem ingredi-  
 untur naves ad illam tendentes: distatque ab urbe Bocha secus litus spatio trium cur-  
 sum. Similiter quoque a Sciora ad urbem Dandema de terra Sophale ad occidentem  
 tres sunt cursus itinere maritimo, caelestis vero viginti sex stationes; nam sinus ma-  
 ximus iacet inter illas in meridionalem partem procurans et impedit a via recta.  
 Ab urbe Bocha ad urbem Gasta habetur unius cursus intervallum itinere maritimo,  
 caelestis autem quatuordecim est via. In tota vero terra Sophale reperitur aurum praeser-  
 tissimum adeo ut aliud nullum ei compareretur.

In hac item parte continentur insulae Robaihat vocatae, inter se contin-  
 gentes, quae quidem innumerae sunt et ut plurimum deserta; maxima autem earum

est Anabonia atque ea habitata: hisque proxima est insula Come. Omnibus praedictis insulis unus praest princeps qui eas defendit ac tuetur, pugnans pro viribus suis. Cuius uxor iudicium inter homines exercet, eos alloquitur, nec ab ipsis se abscondit praesente principe coniuge suo, qui nullum profert verbum de rebus quibuscumque ab ea statutis: et rex nefas est apud illos a mulierum praecipitis recedere.

In his insulis quas Robaihat nominari, cultasque esse diximus, sexitur<sup>(a)</sup> Alneregil, et axundines saccaxi; et merces incolarum in (b) Limacibus consistunt. Dissitae autem sunt eae insulae ab invicem sex millibus passuum. Extremitas harum insularum coniungit a tergo insulam Saxandib, in mari quod appellatur Harcheno. Easdem insulas Robaihat vocatas consequitur insula Come, septem dierum navigatione ab ista remota. Haec insula perlonga est, et eius rex commoratur in urbe Alalai. Fexunt autem incolae ejusdem insulae extendi eam per orientem longitudine quatuor mensium. Habet initium suum in Robaihat et terminus illius oppositur insulae Sin ex parte meridionali. Cuius regi non adsunt, neque ministrant in cibo, potu, et rebus omnibus nisi lasari, et molles quidam optimi incluti vestibus, ex sexuo Sin, et Axai, singuli gestantes in dextera monile aureum. Vocatur autem apud ipsos monile, lingua Indica Allacancu: et hi molles vocantur Altanhabe; et isti nubunt viris pro mulieribus, et postquam regis sexuituti diurno tempore vacaverunt, noctu redeunt ad coniuges suos. Ex hac insula prodeunt navigia quae appellantur (bb) Almosaffanat, suntque triremes bello aptae, fixo artificio fabricatae longitudinis sexaginta cubitorum, utriusque tantum ligni mole confectae, centum quinquaginta virorum capaces.

Est celeberrima insula huius maris, quod nuncupatur Harcheno, est insula Saxandib, quae quidem maxima est, et celeberrima, habetque octoginta leucas in longitudine, totidemque in latitudine. Et est in ea mons excelsus cacuminis ac sublimis verticis per aera transiens, quem naves de suis navibus ad dies aliquot aspiciunt. Nomen huius montis est, mons Rahon. memorant autem Brahamites (religiosi videlicet Indorum) inter mare cernentem ipsum esse intervallum duarum vel trium dierum. Super hunc montem, et circa ipsum reperuntur omnes Iacynthi species, variisque lapidum genera et alia huiusmodi; in eius autem valle invenitur adamas, quo exocetura sculitura gemmarum cuiusvisque lapidis. Super eundem quoque montem extant diversa aromata, variisque odoramentorum species, quale est lignum Aloes, et species aromaticae, et animal musci, et animal Libechi. In hac quoque

(a) Nux Indica. (b) Est propriè Limacium genus album figuratum ut nuclei dactylosum.

(bb) Idem nautico artificio fabricatae; quae per anonomiam hoc illis conveniat.

19  
insula invenitur cypreus, et (a) Anaxegil et axundines saccari. In eius fluminibus re-  
peritur optimus beryllus et maximus. In omnibus denique litonibus ipsis optant loca  
ad expiscandos uniones optimos, pretiosissimos, atque preciosissimos.

Celeberrimos et paucissimos reges in-  
sulae Saccandib sunt Maxnaba, Aghema, Inescore, Abde, Macholon, Stamene, Calmadre,  
Sambadina, Sandore, Sore, Kenbele, Bexiste, et Meroba. Et Rex huius insule regit in  
predicta rege Aghema, in qua sunt curia et gdes regis. Rex pridet multum equita-  
te, bono regimini, et vigilantia. Proximus est in rebus gregis sui, defendit eos atque tue-  
tua. Habet autem undecim Consiliares quorum quatuor sunt a gente sua, quatuor  
Christiani, quatuor Moslemani, quatuor Iudei. Et his prescripsit locum in quem congre-  
gantur homines predictarum nationum, et earum lites historiceque scribuntur. Conve-  
niunt enim ad doctores cuiuslibet nationis, nempe Indos, Græcos Moslemannos et Iuda-  
ce copia hominum ac nationes per multas, et sub ipsis scribunt res gestas profetarum suo-  
rum, et preteritas Regum suorum historias, et ab ipsis edocentur leges suas, et quod igno-  
rant, et ediscunt. Rex preterea habet in manu sua simulacrum aureum, ignoti presij  
uniones iacynthi variisque lapidibus ornatum. Nec Regum Indis quicquam tantum po-  
sidet uniorum excellentium, iacynthi presstantis aliorumque variis generis lapidum,  
quantum Dominus Saccandib; horum enim pleraque reperuntur in montibus, fluminibus,  
ac maxi insule sup: adquam etiam conflunt naves Sin, aliorumque regionum  
confinuum. Ad regem Saccandib a portatua Vinum ex (aa) Arac, et e regionibus  
Persarum, quod pecunia sua emptum postea dispenat in regnum suum, et ipse ex eo  
bibit. Fornicationem prohibet, nec videt illam. At reges et gentes Indis permittunt  
fornicationem, poculum autem inebriant interdiciunt: preter Regem Caman, qui  
tam fornicationem quam Vinum interdicit. Ex eadem Saccandib deferuntur coricum et  
hyacinthis secundum omnes colores suos, Beryllus, adamas, Smyxis, atque per multas  
suavis genera. Inter hanc insulam et terram Indis contiguam ~~per~~ Persarum  
intercedit fretum. Porro ab insula Saccandib ad insulam Balabae litonibus maxi fi-  
nitiman, est iter diei. Respicit hanc insulam de terra Indis, Aghbab: sunt autem  
Aghbab, lacus in quos conincidunt plura flumina, et vocantur Aghbab Saccandib,  
in quos ingrediuntur naves itinerariis, et conficiunt iter unius, ac duorum mensium.

Insule Saccandib proxima est insula Alxami (Alxami Rex est Rex  
Indis) et in hac sunt multi reges, abundatque reminum, fodinarum, atque aro-  
maticum copia. Cuius longitudo, ut ferunt, est septingentarum leucarum. Repertus  
in illa quidam bellua, Calcadan vocata; que bellua minor est elefanto, ma-

ior bubali: collum habet ~~curvum~~ <sup>curvum</sup> ut camelus, sed contrario flexu ita ut Caput eius anterioribus suis pedibus respondeat: habet cornu in media fronte longum, et crassum quantum duae manus amplecti possunt. Et ut memoratum, in nonnullis his cornibus, si scindantur, invenitur effigies hominis, aut avis, vel alterius imaginis interregna delineata, albi coloris. Et e cornibus in quibus eiusmodi reperitur figura, conficiuntur Baltei maximi pretij: figura autem quae invenitur, totum cornu occupat ab initio ad extremum. Refert Diodorus in libro suo, Reges Indiarum conficere sibi e cornu eius bestiae manubria cultorum ad usum mensae, tanquam apponunt eis cibum, si fuerit venenatus sudore madefieri ea manubria, indeque deprehendit cibum esse veneno infectum.

Ceterum insula Arxami est soli felicitate, aëris temperie, et aquarum suavitatem conspicua: sex multas continet regiones, pagos, et Castella. In hac insula nascitur <sup>(a)</sup> Baxillum, cuius germanon est omnino simile Oleandro, lignum turberum: radices eius sunt antidotum contra Vixus aspidum, ac serpentum, ut experientia comprobatum est. In eadem quoque insula reperitur bubali vine caudis. Distat haec ab insula Sazanidibus triiduo. Et qui cupit discedere ab insula Balabae superius memorata ad Sin, relinquit insulam Sazanidibus ad dexteram. A Sazanidibus ad insulam Lanchialos est iter decem dierum, et haec dicitur etiam Lanchialos, cum littera P. ad latus meridionale insulae Arxami est insula quaedam Albinaman dicta, quae quidem est habitata, habetque urbem magnam, et eius incolae reseruntur Anoregil. Non procul ab ipsa, ad intervallum bidui, est insula Palos, cuius incolae sunt nigri, nudi, anthropophagi. Inter Albinaman et insulam Sazanidibus intercedit navigatio trium dierum; et ab insula Sazanidibus ad insulam Lanchialos viue Lanchialos, decem dierum navigatio. A Lanchialos autem ad insulam Calla est iter sex dierum.

## Nova Pars Climatis primi.

Haec nova primi climatis pars continet portionem maris Indici, quae speciali nomine appellatur mare Sanctum: et portionem maris, quod vocatur mare Daalaxani; in hoc autem mari plures continentur insulae, quas infra (auxiliante, et iuvante Deo) commemorabimus. Dicimus ergo ad huius maris Indici latus Australe esse partem terrae Cosae superius memoratae, nec non urbes atque vicos, de quorum nomine, est urbs Pasa, parva, secus ingentem rivum, quem naves ingrediuntur. Ab urbe Pasa ad urbem Dagutta est iter maximum trium dierum ac noctium; et ab eadem insulam Coma, diei navigatio. Urbs autem Dagutta est terminus terrae

Sofale auxi, estque sita prope magni fluminis ostium. Terræ Sofalæ confinis est terra  
 Vacuac, ubi duæ sunt vrbes, quarum una vocatur Dadu, Ianáana altera: hisque proxim-  
 mus est pagus maximus Daggaga dictus; atque omnium inest sunt rigi. Propinqua  
 est ipsis insula Vacuac, à qua ad insulam Lanchialos bidui est iter; et ab hac ad insu-  
 lam Calla, iter dierum quinque; et in hac est optima Canfora, genus arboris mag-  
 nę salicibus simile: sed una illarum centum homines, imò plures sub umbra con-  
 tinebit sua. Ex hac autem arbore sic elicita Canfora: foramine summitas  
 eius pertunditur, unde liquor effluit siccus, ut plures impleat lagunetas: ubi fluxus  
 confitexit, alio inferiore foramine arbor in medio confoditur, è quo particule canfo-  
 rę, gummi videlicet eius arboris decurrunt, ita siccæ, ut intra ipsam arborem con-  
 crecant; dum arbor prima, quod inutilis reddatur, linguatur, et ad aliam pergitur.  
 Signum arboris canforę est album, et leue. In eadem ista insula sunt mirabilia, quo-  
 rum enarrator in summe notam falsitatis incurrit.

Inter insulę proximę iacent insula Jaba, insula Salaher, et insula  
 Nazeleh, distant enim ab invicem duabus leucis, et plus minus; Et omnes hę insulę  
 pertinent ad eundem Regem. In extremitate eiusdem insulę cernitur pareus ignis  
 ardentis, altitudinis centum cubitorum: at interdiu fumus est, nocte vero ignis accen-  
 sibilis. Proterea ad levam partem insulę Mabett post iter diei adest insula Tanoma,  
 habitata. A Tanoma ad insulam Corria quinque dierum est iter; et ab hac origi-  
 nem sumit atque denominationem lignum Camaricum, quod quidem bonum est,  
 sed Sانسium melius; in eadem quoque insula reperitur Sandalum. Insulę vero Co-  
 rria qua parte respicit oras maximas, proxima est insula Sانس, distant enim a se  
 invicem tribus P.M.: et in hac invenitur lignum Sانسium: et eius incolę nullum  
 quadrupes, neque bestiolam, aut animalculum ullum iugulant. Distat ab ipsa insula  
 Sandapulat decem diebus. Et ab eadem insula Sانس ad urbem Lucquin tres habentur sta-  
 tiones; atque hęc est primus Portus Sin. Ab urbe Lucquin ad urbem Chanecu quadri-  
 bus est interualium, itinere maritimo: sexagesimi autem, viginti dierum; atque hęc est  
 maximus Portus Sin. In nulla penitus regione Indię, neque Sin reperitur iug, aut  
 fici. Ab urbe Chanecu ad urbem Dianeu est iter octo dierum. Ab urbe Sانس  
 maxima ad insulam Samel, que est in extremitate maris Sانسici, quadri-  
 bus habetur. Ab insula Samel ad insulam Masuxa parum habitatam, quaternoximum  
 via dierum est. Et ab hac ad insulam Malai magnam, extensam ab occidente in  
 orientem, brevis diei est iter.

## Decima pars climatis Primi.

Pars hæc decima primi climatis quæ terminat habitatum à plaga orientali et re-  
tro quam ignoratur quid sit, continet maxe Sin quod vocatur maxe Saha, et à qui-  
busdam appellatur maxe Sanf: cuius caput et initium ducitur à mari Oceano,  
quod ibi nominatur maxe Piceum, quoniam ejus aque turbidæ sunt: venti quoque  
vehementes in illo, et tenebræ ut plurimum insident illi. Atque hoc maxe Piceum  
iungitur mari Oceano, quod terram Iaggog, et Magog attingit ex parte inferiori,  
quæ respicit terram inhabitatam à septentrione: terminatur quoque maxe Te-  
nebrarum, quod, ut iam notavimus, iungitur etiam parti occidentali: protenditur  
que ad insulas Vac-uac [esto es] Vac-uac ex parte meridionali: et ad mare Serpentis  
usque ad latus Australe (a) maris terram ambiens. Hoc idem maxe furenti-  
bus ventis et per multis imbribus obnoxium est; nam ventus maximus sex integris  
mensibus regnat in illo, ac tum in alium ventum convertitur.

Plures sunt in eo insulæ et ad quasdam quidem mercatores penetrant, ad  
alias non item, ob itineris periculum. Ab hac insula ad insulam Soboxma duo sunt  
curfus; hæc vero insula ingens est et maxima, et prope illam multæ canuntur in-  
sulæ, parvæ quidem, sed tamen habitatæ: Canum maxe horrendum est, et aquæ pro-  
funditas penes illas est ad quadraginta et plures, atque pauciores ulnas. In montibus  
ejus insulæ reperitur camphora præstantior multo quam alibi. In summitate ma-  
ris ejusdem versus Sin exstat insula Maied, distatque ab illa altera navigatione  
quatuor dierum. Eadem que distantia est inter insulam Soboxma, et insulam A-  
nam: et ex hac patet egressus ad mare Sanf. Proxime insula Maied de qua præ cæ-  
teris mentionem fecimus, complectitur civitates complures et superat longitudine  
latitudine ac fertilitate insulas Mauge, quæ propinqua terræ Sin. Ad hanc in-  
sulam confluant naves Sinesium egressæ ex insulis Sin, ad eam vela faciunt,  
in ea quiescunt, et ex ea deinde solvunt in partes diversas. Præterea ab insula Sanf  
ad insulam Sandifulat est iter decem dierum. Insulam Sandifulat circumdant ex par-  
te Sin montes ardui, ventique vehementes eam infestant: est autem unum ex  
ostijs Sin, et quatuordecim distat ab urbe Caneca. Sin vero duodecim habet ostia seu  
aditus inter montes per quos potest aliquis ab urbibus ejusdem Sin abire ad unum  
eundemque locum in litore intentum. Omnes portus Sin sunt ad (aa) ostium alicuius  
fluminis, per quod naves ascendunt mense integro et plus minus vè inter hortes  
lucosque.

Ab insula Mauge (aaa) ad insulam (b) Sahab quatuordecim est navi

(a) i. Oceanus. (aa) vel ad portum alicuius per quem de. (aa) i. Unde. (aaa) Hoc est Nubium.

navigatio, aut plus quatuoridui. Et hec insula Sahab appellata fuit hoc nomine quod exeat aliquando e partibus ejus nubes candida navibus perniciosa: emittit enim usque ad aquas manus una cum vento vehementi linguam subtilem perlongam cujus ad contactum aqua manus ebullit, atque agitata furientis instar turbinis, ita ut si navem attingat absorbeat illam; tum nubes attollitur et emittit imbrem quo nubes dissipatur: nec scilicet utrum nubes exhibet illum e manu, an qua ratione id fiat. In ea insula sunt colles areng, que igni admota liquefit et vertitur in argentum purum. Et in parte insularum Vac-uac huic proxima, sunt loca quaedam in montibus atque insulis incisa, vitatori inaccessibilia. Iste insulis propinque sunt insule Vac-uac, ultra quas quid sit ignoratur.


Inter insulam Sant, et insulam Malai intercipitur spatium duodecim dierum inter insulas et montes per mare protensos. Hec insula procedit ab occidente in orientem, sed a parte occidentali iungitur cum oris maritimis Tenogitarum, et cursu transverso pergit semper cum oriente ad Aquilonem, quousque attingit litora Sin; est que insularum maxima limitibus, et cultissima edificijs.

Ab insula Maies, orientem versus, ad insulam Saha est iter trium brevium dierum. In hac etiam insula conspiciuntur simulacra aliquot ad litus maris, ex parte dextera, quasi innuant aspicienti ac dicant, revertere illuc unde venisti, quoniam nulla est a tergo nostra tellus, quam adire possis. Ab hac insula vela fieri queunt ad insulas Saita, que multe sunt et sibi finitima, est que in ipsi urbs quam qui ingreditur viator incolit nec eam amplius deserere cupit, ob telluris probitatem et opum copiam; maxima enim est in illa vis aurum, adeo ut habitatores ejus canum suorum catenas et collaria simionum habeant aurea.

In hoc primo Climate ceperunt etiam animalia, que in reliquis vix Climatibus minimè reperiuntur, nempe elephanti, Carcaddani, Camelopardales, Simia, Caudata, et boues, ac bubali vix caudis, atque simioli.

In eodem etiam Climate extat fodina Serrazadi, que in toto terrarum orbe nullibi invenitur preterquam in predicta fodina. Similiter hyacinthus nequaquam reperitur veundum species vix, nisi in insula Samandib. Item bellua maxima, que est in mari Iaman, et mari Harcani Albaba vocata, in nullo alio reperitur mari quam in isto. Et bellua, que dicitur Phonda, non extat alibi quam in isto mari. Et pisces glutinis multi vult in isto: piscis quoque Aycancun vocatus non invenitur nisi in parte Nid, que in hoc Climate continetur. Aromata vero, que in eodem Climate reperiuntur, sunt caryophilla, Vandalum, Camphora, et lignum Aloes: quorum omnium nihil invenitur in alijs Climatibus, sed in hoc

tantum Climate, in quo etiam nox, et dies similis vult temperiei, et horarum nu-  
mero equales.

**C**lima Secundum.   
Cum iam primum clima descripsimus cum ijs, que complectitur in partibus  
vuis decem, in quas illud diuisimus, conueniens est ut tractemus quoniam in isto Cli-  
mate secundo contineantur regiones, castella, urbes, ac limites, deserta, solitudines,  
mania, insuleque simul cum populis earum, atque distantij itinerum earundem,  
non velle ac id quod prescripsimus in precedenti Climate. Incipiemus igitur (diu-  
na ope) descriptionem primę partis Climatis Secundi.

### Partis Primæ Secundi Climatis.

**D**icimus hanc primam secundi Climatis partem initium habere in ea vltimioris Occiden-  
tis parte, ubi est mare Tenebrauum, vltra quod ignoramus quid sit. Ex insulis, que hac  
in parte continentur, sunt Masshan, et Lacos, ambę de numero insularum vespere-  
dictarum, quas Perennes nuncupari supra dicebamus. Ab his cepit Ptolomęus dime-  
sioni, et numeris longitudines regionum; et ad has vsque peruenit Biconis, id est Ale-  
xandri, atque exinde reuersus.

In hac etiam parte continentur portio terra Phanz, qua vespertionę  
respicit. Item ciuitas Andagost parua, sita in solitudine, a qua inferendo, distans  
a Phana stationibus duodecim. Andagost etiam ad vrbes Vanecian habetura spatium  
triginta vnius stationum. Rursum ab Andagost ad urbem Prima viginti quinque  
fere stationes intercedunt. Ab eadem item Andagost ad insulam Nil vallis fodi-  
nam, mensis est icen. Vrbes autem, et Metropoles terra Zaphanz vult Bagras, et Sa-  
ma. Et ab vrbe Nebriana ad urbem Tiroge terra Vancanz auri, vespertiduum sunt  
stationes. Terra Zaphanz contormina est terra Phanan, et de regionibus, quas conti-  
net vult vrbes Prima, et Tasiua.

Deest in originali parte secunda.

### Tertia Pars Climatis Secundi.

**C**omprehendit hęc <sup>3<sup>a</sup></sup> parte secundi Climatis de duabus terra; portione terra; Vas-  
sam, et plerasque regiones Cailan, partem regionis Taguicarum gentilium, et maiorę  
partem terra; Tarian. Terra terra Vadam vult insule palmarum latissimas, inuen-  
torem et Aquilonem protense, versus mare. Ad vespertionem partem huiusce par-  
tis habetur vrbs Zauiba, quam condidit, et incoluit Abdalla filius Chauab Athamari.  
UGR Biblioteca Adriana Iuliana



conspicitur, et ab ipsa ad urbem Ancalas quadraginta sunt millia per flum<sup>is</sup> aluum:  
 est autem urbs ista ex maioribus, et amplioribus regionibus Gaiiam. Ab urbe Ancalas  
 ad parvam urbem Izen nuncupatam bidui est iter. Ab Izen ad urbem Balmatas  
 iter dici. Non longé ab eadem Izen occidentem versus est grande, ac profundum stag-  
 num, longitudinis duodecim milliarium, latitudinis, in quo reperitur magno-  
